# TACVI=
# NI
## AEGRITV=
## DINVM

et Morborum ferme omnium Cor=
poris humani, cum curis eo=
rundem.

BVHAHYLYHA BYN=
GEZLA Autore.

Chriſtianiſſimo Regi CAROLO
eius nominis primo, nuncupati.

Cum Priuilegio CAES. Maieſt.
ad Quinquennium.

ARGENT. apud Ioannem Schottum
librarium. M. D. XXXII.

## ADOLPHVS OCCO MEDI-CVS, Io. Schotto S. P. D.

Literas tuas humaniſſimas, ex Bibliopola noſtro accæpi, quibus me hortando rogas, et quod nimiũ eſt, ſupplicaſq;, ne operã rei Medicæ nauantibus deſim, ſed rei tam fæliciter a te inceptæ, meo exemplari opem feram, quo Autor ille uetuſtus (nam ſub Imp. Carolo ſcripſit) et admirandæ breuitatis caſtigator, in lucẽ diuulgetur. Addidiſti certe, ut dici ſolet, currenti calcaria. Nam quamprimum tabulas illas rerum non naturalium, ut Medici uocant, a te excuſas uidi, ſtatim mecum conſtitui, ut reſiduæ quoq; ederentur. In hac re Nouiomago, uiro tum bono, tum egregie docto, uſus ſum, qui hac de re ad te ſcripſit: nã placuit has tuis coniungere. Perſuaſi enim mihi, neminem̃ reſiduam partem habere, me excæpto. Sed tu de duobus exemplaribus mentionem facis: quod ſane non parum admiror. Mitto itaq; cum illo tabellario Methodum, ſeu Curatiuam artem: tu, ut huius artis non ignarus es, ſingula nõ ſine uoluptate perleges. Scholia quæ marginibus annexa ſunt, uix apponerem, cum materia per ſe clara ſit. Cum uero in officina tua opus abſolutum fuerit, aliquot horum pro me, amicisue meis mitti cupio. Reliquum, quod nõ pauci facio, eſt, me tecum principia amicitiæ contraxiſſe, quam in breui aucturus ſum, Deo dante. Vale, & ſi quid inſulſe ſcripſi, ex Arabis inhæſit. nam primitus Leoniceno. Copo, Linacro, uiris ſane latiniſſimis, doctiſſimiſq; non incubui. Quare recte dicitur, quo ſemel imbuta ſeruabit odorẽ recens teſta diu. Id mihi quoq; contigit. Iterum uale. Raptim ex Auguſta Vindelicorum. XVII. Octobris. Anno ſalutis noſtræ. M. D. XXXII.

## Operis ſui præfatio.

### In nomine DEI miſericordis & pij.

TACVINVS CORPORVM, cum ipſorum curis, morborum qui accidunt in eis triplici conditione, in membris cõſimilibus, officialibus, et in ſeparatione continuitatis, diſtinctis in eis cauſſis, ſignis, regimine conuenienti cuiuſlibet morbi, prout manifeſtatur euidenter in eo, cum complexione, ætate, tempore, et regione. Et conſtructum eſt documento diſcretionis intellectus ſufficienter, ad utilitatem communem, per philoſophũ clariſſimum, ſenem peritum Buhahylyha Bingezla phyſicum, in idiomate Arabico, ad opus cameræ regis excellentiſſimi Caroli, totius fidei chriſtianæ coronę, et luminis peritorum: quod de mandato eiuſdem Regis per magiſtrum Farragum Iudæum fidelem eius, ad opus cameræ eius felicis, nec minus ad utilitatem communem omnium chriſtianorum eſt tranſlatum.

A

Autor operis

Caroli magni decretum.

### CANON & intellectus Tacuinorum, ſeu Tabularum operis.

In primo uero folio ſunt diſtinctæ duæ tabulæ, in quarum regulis notantur capitula omnium nominum communium morborum corporis, ſub compendio tamen, digno ordine, ut de leui poſſit inueniri nomen cuiuſlibet morbi cum cura eius in qualibet tabula ipſius diſtincte & decenter. Et in ſecundo folio, & quolibet ſequenti folio, una tabula notatur. Et in prima Regula paruula cuiuſlibet tabulæ diſtinguitur numerus tabularũ: et ſequitur de eo quod multiplicatur in eo de certo capitulo morborum. In Secunda Regula ipſius tabulæ, in prima clauſula ipſius regulæ, ſcribũtur nomina, in ſecunda complexio, in tertia ætas, in quarta tempus, in quinta regio, in ſexta ſalus, uel timor, in ſeptima cauſſa, in octaua ſignũ, in nona euacuatio, in decima cura regalis, in undecima cura leuis inuentionis, in duodecima (quę eſt in ſecunda pagina ipſius folij ſequentis) cura cõmunis. In tertia Regula notatur ſpecies morbi in prima clauſula ipſius, in ſecunda reſpondet ad complexionem, in tertia ad ætatẽ, in quarta ad tempus, in quinta ad regionem, in ſexta ad ſalutem, uel timorem, in ſeptima ad cauſſam, in octaua ad ſignum, in nona ad euacuationẽ, in decima ad curam regalem, in undecima ad curam leuis inuentionis, in duodecima ad curam communem, quę ſola eſt in qualibet pagina ſecunda cuiuſlibet tabulæ, ſemper in ſequenti folio. Et ſic ſequendum eſt documentum de ſequentibus Regulis ſeptem, in quarum primis clauſulis notantur ſpecies morborum: & in ſpacioſitate cuiuſlibet folij ipſarum tabularum ſcribitur theorica ſpecierum morborum notatorum in ipſa tabula, tam ſuperius, quam inferius continuando per longũ coniunctiue per utranq; paginam cuiuſlibet folij.

B

Tabulę uero omnes ſunt. 26. Duę tabulę in primis duobus folijs in utraq; pagina, de capitulis nominũ morborũ. Et. 22. tabulę reſiduę ſemper

Tacuinorum numerus.

C in ſecunda pagina, ita ut ex contrario reſpondeant canones. Et opus ipſarum eſt laudabile, & ſatis iuuabile. Laus ſit Deo excelſo, qui fuit in adiutorium mihi. Amen.

## ¶ Procœmij elucidatio, uice CANONIS totius libri.

Tacuinus quid. Ad euidentiam eorum quæ dicũtur in hoc procœmio, Notandum eſt, quod Tacuinus, eſt ars ſeu ſcientia breuis, utilis, leuis, et experta, ſicut eſt ſcientia Concluſionum. Et fuit inuentus proprie pro hominibus huius temporis, maximeq; diuitibus & nobilibus, qui de ſcientijs non quærunt niſi Concluſiones, parum de probationibus curantes. Vnde decet talem librum eſſe in Cameris Regum & magnatum, nec eo debent carere. Poſt ubi dicitur, et in hoc tertio, & quolibet ſequenti folio una tabula notatur, Notandum eſt, quod prçter duas primas tabulas, quæ ſunt de nominibus morborum, ſunt aliæ. 44. quarum quælibet continetur in duabus paginis contiguis, quæ ualent unum foliũ. Et continet quælibet tabula decem lineas deſcendendo inferius. Et quælibet linea tranſit continue per ambas paginas. Et prima regula continet numerum tabulæ ſcilicet quota ſit. 1. 2. 3. &c. Et poſt determinatum in ipſa tabula. &c. Deinceps uſque ad quadrageſimam. Secunda uero regula, et quælibet ſequens uſq; ad finem tabulæ deſcendẽdo inferius, continet duodecim manſiones, ſeu caſulas. In prima uero tabula regulæ ſecundę ſcribuntur nomina, ſecundo complexio, tertio ætas, quarto tempus, quinto regio, ſexto ſalus, uel timor, ſeptimo cauſſa, octauo ſignum, nono euacuatio, decimo cura regalis, undecimo cura leuis inuentionis. In duodecimo in ſecunda pagina per ſe cura comunis. Poſt autem in tertia regula primo nominatur ſpecies morbi, ſecundo adaptatur complexioni. Deinde ætati, tempori, regioni, ſaluti, uel timori, cauſſę, ſigno, et ita de alijs ſequentibus. Iſte ordo tenendus eſt in regulis ſequentibus, eodemq; modo in alijs tabulis procedendum. In parte autem ſuperiori ſupra regulas, et inferiori ſub regulis continuando ſcribuntur diuiſiones, & canones ægritudinum determinandarum in ipſa tabula.

Alias, regulas.

## D ¶ Partitio Tacuinorum alia.

Licet autem Autor ſufficienter librum ſuum per. 22. tabulas, & alias duas priores, quæ ſunt de nominibus ægritudinũ diuiſerit, ad faciliorẽ tñ inuentionem eorum quæ tractantur in dicto libello, poteſt ſimiliter diuidi præter primas duas tabulas, cum alijs tabulis. 22. in. 17. capitula hoc modo. Capitulum primum de febribus ephimeris, putridis, & conſumptione, ſiue ethica: & continet duas primas tabulas.

Capitulũ ſecundũ de apoſtematibus, & alijs morbis exterioribus corporis: & continet ſequentes quinq; tabulas.

Capitulum tertiũ de Vulneribus, ulceribuſq;, continetq; duas ſequentes tabulas.

Capitulum quartum de Venenis. Et continet [illegible]quentes tabulas.

Capitulũ quintum de morbis Capitis: Et contine. 3. tabulas ſequentes.

Capitulum ſextum de morbis Neruorum. Et continet. 1. tabulam.

Capitulum ſeptimum, de morbis Oculorum, & oculis adiacentibus. Et continet quinq; ſequentes tabulas, & principium. 23. tabulæ.

Capitulum octauum de morbis Auris. Et continet reſiduum. 23. tabulæ, et principium uiceſimæ quartæ.

Capitulum nonum eſt de morbis Narium. Et continet reſiduum uiceſimæ quartæ, & principium uiceſimæ quintæ.

Capitulum decimum eſt de morbis Oris, Lingue, Dentium, Gingiuarum, Labiorũ. Et continet reſiduum uiceſimæquintæ, & duas ſequentes.

Capitulum undecimum eſt de morbis membroru᷑ Anhelitus. Et con- A tinet. iij. tabulas, ſcilicet uiceſimamoctauam, & uiceſimamnonam, & triceſimam.

Capitulum duodecimum eſt de morbis Inſtrumentorum cibi. Et continet quatuor tabulas, ſcilicet triceſimamprimam, triceſimamſecundam, triceſimamtertiam, & triceſimamquartam.

Capitulum decimumtertium eſt de morbis Inteſtinorum. Et continet unicam tabulam, ſcilicet triceſimamquintam.

Capitulum decimumquartum eſt de morbis Hepatis, Ciſtisfellis, & Splenis. Et continet duas ſequentes tabulas, & principium. 38.

Capitulum decimumquintum eſt de morbis Renum, Veſicæ, Virgę, Teſticulorum, & eis adiacentium. Et continet reſiduum uiceſimęoctauę, & duas ſequentes.

Capitulum decimumſextum eſt de morbis Matricis, & Mammillaru᷑. Et continet tres tabulas, ſcilicet. 21. 22. & 23.

Capitulum decimumſeptimum eſt de morbis Iuncturarum. Et continet ultimam tabulam.

| T A | B V | L A | V N | I V | E R | S A | L I | S |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Febris Ephimera ſcđm ſpecies eius | Ephimera ex re calida. | Ephimera ex puſtulis | Ephimera ex calida re ſumpta. | Ephimera ex labore | Ephimera ex impetu | Ephimera ex anguſtia. | Ephimera ex uigilijs. | Ephimera ex apoſtemate |
| Frb. putrida et ethica ſ;m ſpecies eius | Tertiana. | Tertiana duplex. | Quartana | Quotidiana | Sinocha | Compoſita | Ethica | Conſumptio |
| Apoſtemata ſecundũ ſpecies eius | Flegmon | Formica | Apoſtema molle | Apoſtema durum. | Heryſipela | Cancer | Bubayahlat | Scrophulæ, & noduli |
| Morbi ſupficiei corpis a cauſa intiori | Morbilli & Blacteæ. | Lepra, | Baros | Morphea alba & nigra | Impetigo | Scabies & pruritus | Excoriatio cutis | Pediculi |
| Morbi ſupficiei corpis a cauſa extiori | Punctuli ruffi. ſ. ſera, eſſera. | Puſtulæ paruæ | Punctuli Philiſaphat | Verrucæ & claui | Ignis Perſicus. | Vlcus ex combuſtione. | Mater ſanguinis | Sudor intenſus |
| Morbi ſupficiei ſaciei ſe. ſpecies eius. | Alopicia, & uitiũ ſerpentis. | Tinea | Impetigo | Magnitudo capitis, & tortura ei9 | Apa molle ſub cute capitis. | Prurit9, lentigoq; in facie | Puſtulę Perſæ, lentes in facie. | Cõbuſtura & ſiſſura in facie |
| Morbi ſupficiei manuũ, & pedum. | Vena ciuilis. | Vitium Elephantis. | Varices | Fiſſura manuum, & pedum. | Pannaricium | Inflatio, & lęſio digitorum. | Cuta et ſubtiliatio unguium. | Leſurę unguium ex calciamẽto |
| Vulnera, & ulcera ſcđm ſpẽs ipſorũ | Vulnus ſingulare | Vlcus ſingulare. | Vlcus ſordidum | Vlcus cum calidi tate | Vlcus cũ frigiditate | Vlcus cũ humiditate | Vlcus cũ ſiccitate. | Vlcus cum apãte, carne ſupflua. |
| Vlcera comb. ignis, pcuſſi. extra. telo. | Vlcus cũ ſepatione cõr. uenæ. | Vulnus Neruorum | Vlcus cũ fractura oſſis. | Vlcus cum dolore. | Vlcus malignum. | Fiſſuræ. | Combuſtura ignis | Extractio telorũ, pcuſſio corrig. |
| Morſus, ict9 aialium uenenoſorũ. | Morſus canis rabidi. | Morſus leonis, hoïs, canis. &c. | Morſ9 muſtelę, uulturis, pediculi | Punctio tyrorum & ſerpentum | Punctio ſcorpionum | Punctio ueſparum & apum | Punctio araneæ | Punctio garraræ |
| Medicinæ mortiferę. et ſpẽs ipſarũ. | Potus medicinę cal. mortiferę. | Pot9 med. frigidę mortiferæ. | Potus Napelli | Potus cãtaridum | Potus fellis, leporis, & tyri. | Pot9 extremitatis caudæ cerui | Potus ſudoris equi | Potus opij |
| Medicinæ mortiferæ, & ſpẽs ipſarũ. | Potus byoſquiami | Pot9 mãdragorę nucis, & myrrhæ | Potus ſquillæ. & aquę coriãdri | Comeſtio fungoꝝ & tuberum. | Potus leporis marini. | Potus Ranulæ. | Potus caſtorei. | Potus anacardi. |
| Medicinę mortiferę ſecundũ ſpecies ipaꝝ | Potus oleandri | Potus ſquillę | Potus lithargyri. | Potus argenti uiui. | Potus cerusę plumbinæ. | Pot9 arſenici, & uiridis ęris. | Comeſtio piſcis & carnis aſſæ. | Coagulatio lactis in ſtomacho. |
| Soda ſecundum ſpẽs ipſius, | Soda cũ calidi tate | Soda cum frigiditate. | Soda ex humore calido. | Soda ex humore frigido. | Soda ex cauſa exteriori. | Soda poſt euacuationem. | Hemicranea. | Soda participans cum ſtomacho. |
| Morbi cerebri ſecundũ ſpẽs ip̄ſius | Sirſem | Inflatio faciei, maſara. | Heryſipela. | Obliuio. | Subeth. | Subeth cum uigilia. | Corruptio cogitatiõis, & memorię. | Congelatio. |
| Morbi cerebri ſecundũ ſpẽs ip̄ſius | Scotomia | Vertigo | Epilepſia. | Apoplexia. | Incubus. | Melãcholia muramchia. | Ceruff. | Amor hereos. |
| Merbi nuchę ſecundũ ſpẽs ip̄ſius | Paralyſis, & ſtupor | Laſſitudo | Tortura oris. | Spaſmus, cum laſſitudine. | Spaſmus ex repletione. | Spaſmus ex ſiccitate. | Tremor, & iectigatio. | Gibbus. |
| Morbi palpebraꝝ ſ;m ſpẽs ipſorum. | Seabies palpebrarũ. | Apoſtema durum, ſc3. bardi. | Putrefactio & inflatio groſſa. | Adheſio. | Cauma quaſi arena, uel terra. | Breuis palpebra, ideſt ſaltara. | Cadeaccolum. | Morum. |
| Morbi palpebrarũ ſecũdũ ſpẽs ipſaꝝ. | Tinea. | Formica. | Nodulus. | Pediculi. | Pili ſuperflui & inuerſi. | Apoſtema humidum galdmag. | Groſſicies rubea. | Mollificatio palpebræ ſupioris. |
| Morbi coniunctiuę ſ;m ſpẽs ipſoꝝ. | Obthalmia. | Inflatio cõiunctiuę. | Duricies eius. | Pruritus eius. | Pannus ruſus, ſcilicet ſebal. | Vngula. | Lachryma. | Percuſſio accidens in oculo. |
| Morbi cornee ſecundũ ſpecies ipſaꝝ. | Vlcera. | Puſtulæ. | Albedo, & ueſtigium. | Cancer. | Eminentia. | Cauatio. | Ocultatio ſaniei poſt corneam. | Excoriatio corneæ. |
| Morbi anguli, uueę, & criſtallinæ. | Fiſtula. | Fluxus. | Glandula. | Strictura foraminis. | Amplitudo foraminis. | Aqua. | Imagiuatio ex parte aquæ. | Imaginatio ex parte glandulę. |
| | 1 | 2 | 3 | 4 | 5 | 6 | 7 | 8 |

| M O | R B. | E T | AE G | R I | T V | D I | N V | M |
| --- | --- | --- | --- | --- | --- | --- | --- | --- |
| Dolores neruorũ uiſus, auriumq́. | Viſus in die, & non in nocte | Viſus i nocte, & non in die. | Dolor auri um ex ca liditate | Dolor au rium ex fri giditate | Ap̃a cali- dum in aure | Apoſtema frigidũ in aure | Exitus ſan guinis de aure | Exitus ſa- niei de aure |
| Morbi Auri um, Nari- umq́. | Opilatio auris | Tinnitus aurium | Surditas | Caliditas auris cum ap̃ate cal. | Vlcera narium | Caro ad dita in na- re | Fœtor narium | Fluxus ſan guinis ex naribus |
| Morbi Odo ratus, & Lingnæ. | Defectus Odora- tus | Catarrus | Puſtulæ oris | Ap̃a cali- dum in lin gua | Apoſtema durum in ea | Guſtus mu tatus ex hu more calido | Guſtus mu tatus ex hu more frigi. | Pondero ſitas lin- guæ |
| Morbi La- biorum, & Dentium. | Fiſſura Labio- rum | Hæmor roidæ labi orum | Dolor dẽ tium ex ca liditate | Dolor den tium ex fri giditate | Corroſio dentis | Cauatio dentis | Labiorum puſtulæ | Stupor dentis |
| Morbi den- tiũ, gingiuę, & linguæ | Motio Dentis | Ap̃a cali- dum in gin giuis | Putrefactio gingiuę, & ſanies eius | Fœtor oris | Fluxus ſa liuæ in ſomno | Caro ad dita in den tibus | Apoſtema calidum in renibus | Mollifica tio uuula rum |
| Mor. guttis, epiglot. pul. & cannalis. | Squinan tia | Spinę in gu la, uel ſan guiſugę | Submer- ſio, ſtran gulatio | Reumata | Tuſsis | Aſthma | Eiectio, & conſtrictio anhelitus | Peripleu- monia |
| Sputũ ſang. ſaniei, coſta. diafr. & cor. | Sputum ſangui- nis | Sputum ſaniei | Ptiſis | Pleureſis | Exituræ in pec- tore | Byrſem | Caliditas cordis | Frigiditas cordis |
| Morbi Cor- dis ſm ſpe cies ipſorũ | Humidi tas cor- dis | Siccitas cordis | Saltus. i. debilitas cordis | Sincopis ex euacua tione | Sincopis ex reple tione | Sincopis ex mala com plex. cor. | Sincopis ex mala cõple xiõe epatis | Sincopis ex paroxiſ- mo feb. |
| Morbi hyſo phagi & ſto machi. | Caliditas hyſopha gi | Frigiditas hyſopha gi | Siccitas hyſo- phagi | Humidi- tas hyſo- phagi | Apoſtema calidũ hy ſophagi | Ap̃a frigi- dum hy- ſophagi | Caliditas o- ris ſtom. cũ chol. rubea | Caliditas o- ris ſtom, cũ chol, rubea |
| Morbi ſto machi ſcd'm ſpẽs ipſorꝫ | Appeti tus cani nus | Dolor ſtomachi | Sitis | Mala dige ſtio ex ca- liditate | Mala dige ſtio ex fri- giditate | Mala digeſt. io ex hum. cholerico | Mala dige- ſtio ex fleg mate. | Mala dige- ſtio ex cho. ni. |
| Morbi ſto machi ſcd'm ſpẽs ipſorꝫ | Frigiditas & humid. ſtomachi | Frigiditas ſtoma. ex fleg. melã. | Siccitas ſtoma chi | Apoſtema frigidũ in ſtomacho | Malus ap- petitus pre goantis | Defectus appetitus cibi | Apoſtema calidum in ſtomacho | Boliſinus |
| Morbi ſto mechi ſcd'm ſpẽs ipſorꝫ | Fluxus uẽ tris, & uo mitus | Diarria | Liente- ria | Nauſea, & uomi tus | Singultus ex inani tione | Singultus ex reple- tione | Ventoſitas et inflatio ſto machi | Defectus di. ex nauſeati- ua ſatietate |
| Morbi Inte ſtinorum in feriorum | Tenaſ- mon | Diſynteria | Diſynteria epati ca | Colica | Ileos mi ſerabile | Lumbrici, uermes. & cucurbitini | Torſio | Hemorroidę & fiſſurę ani |
| Morbi Epa tis ſ;m ſpe cies ipſorꝫ | Caliditas Epa- tis | Frigidias epatis | Humidi tas epa tis | Siccitas epatis | Ap̃a cali- dum in epate. | Apoſtema frigidũ in epate | Apoſtema putridum in epate | Opila- tio epa- tis. |
| Hydropiſis, morbi fellis, & ſplenis. | Hydrops carno- ſa | Aſclites | Timpani tes | Hydropi ſis ex ca liditate. | Ictericia citrina | Ictericia nigra | Mala comp. calida ſple nis | Apoſtema calidum ſplenis |
| Morbi ſple- nis & renũ, ſ;m ſpẽs ip. | Cõplex'o ma. frigi. i ſplene. | Apoſtema frigidum in ſplene | Lapis, uel arena in renibus | Mictus ſangui- nis | Mictus ſaniei | Fluxus urinę | Apoſtema durum in renibus | Apoſtema calidum in renibus |
| Mor. ueſicę, ſifac, teſticu. & ueretri. | Lapis in ueſica | Apoſtema in ueſi- ca | Vlcera in ueſica | Difficilis mictus, & ardor eius | Exitus uri- næ nõ uo- luntarius | Ruptura | Apoſtema calidum in teſticulis | Apoſtema frigidum in teſticulis |
| Morbi te- ſticulorum & ueretri. | Cõgrega tio aquę in teſticulis | Ruptura, & uarices in eis | Pruritus & puſtulę in eis | Defect9 ap petitus co itus | Inteſus ap petitus coit9 cũ ſpmate | Erectio ue retri abſq́ coitu | Lectiga- tio ue- retri | Opila- tio ue- retri |
| Morbi matri cis ſ;m ſpe cies ipſorꝫ | Fluuxs ſan guinis ma tricis | Retentio menſtruo- orum | Manatio humida matricis | Præſoca tio matri cis | Vento- ſitas ma tricis | Apoſtema calidum matricis | Apoſtema durum ma tricis | Dubayla in ma- trice |
| Morbi matri cis ſ;m ſpe cies ipſorꝫ | Cancer in matri ce | Ruptura, in matri ce | Hæmor- roidę ma- tricis | Fiſſura matricis | Puſtulæ matricis | Vlcera matricis | Exitus matri- cis | Declinatio matri- cis |
| Morbi ma tricis & mã- millarum. | Priuatio impregna tionis | Aborſus multus | Difficilis partus | Retẽtio ſe cũdinę, et fet9 mort. | Quod ꝑpt impregna tionem | Apoſtema calidũ in mammillis | Sang. coagu latus in mã- millis | Apoſtema in mam- millis |
| Morbi ancha rũ, articulo- rũ & pedũ. | Sciatica | Podagra ex calidi tate | Podagra ex frigi- ditate | Arthetica ex frigidi tate | Arthetica ex calidi tate | Duricies. et putrefactio articulorũ | Cuſtodia ſeu cautela de ar thetica frigi. | Cautela de arthetica calida |
| | 9 | 10 | 11 | 12 | 13 | 14 | 15 | 16 |

C

## ¶ TACVINORVM, SEV TABVLARVM particularium CANONES introductorij.

### CANON .I. Ad intellectum Tacuini, ſeu Tabulæ primæ, febris Ephimeræ.

AD EVIDENTIAM eorum quæ dicuntur in diuiſione & Canonibus morborum iſtius Tabulæ, notandum eſt, quod Membrorum corporis quædam ſunt Simplicia, quędam Compoſita. Simplicia membra dicunt, quæ ſunt ſimilia in omnibus ſuis partibus: ſicut caro, pinguedo, neruus, os, cartilago, & ſimilia. Et ideo dicuntur Conſimilia: & morbi ijs aduenientes dicuntur Conſimiles, ſcilicet qualitatum, ut caliditatis, frigiditatis, ſiccitatis, humiditatis, ſingulariter, uel complexe. ut caliditatis & ſiccitatis ſimul, caliditatis & humiditatis ſimul, frigiditatis & humiditatis ſimul, frigiditatis & ſiccitatis ſimul. Et iſti omnes morbi poſſunt eſſe ſine materia, uel cum materia, ideſt, humore. Membra autem Compoſita dicuntur, quia componuntur ex ſimplicibus: & dicuntur Officialia, quia ad aliquod officium deputata ſunt: ſicut oculus ad uidendum, auris ad audiendum, lingua ad guſtandum & loquendum, manus ad palpandum & operandum, & ſic de alijs. Et ideo morbi his membris aduenientes, dicuntur Officiales. Et iſti morbi ſunt quatuor generum, ſcilicet quantitatis, figuræ, numeri, et poſitionis, ſiue ſitus. Et nota, per hanc diuiſionem non excluditur, quin membrum compoſitum, ſeu officiale, poſſit incurrere morbum conſimilem. Et morbus communiter dicitur, quia participat, obeſtq; membris: ſicut eſt ſolutio continuitatis. Et poſſibile eſt, duos de iſtis morbis eſſe ſimul in uno membro, & aliquando tres, ſicut in apoſtemate.

*Membra ſimplicia.* — *Compoſita Officialia.* — D

Morbus eſt quædam diſpoſitio mala, lædens in corpore operationes naturæ per ſe, & non per medium, ut ſit læſio apoſtematis in gutture per anhelitũ & glutitum. Morbus triplex eſt. In primis dicitur Conſimilis, uidelicet procedens in membris cõſimilibus corporis. ſ. inſtrumentis cõpoſitis de membris conſimilibus. Et accipitur nomen eius de nomine loci in quo eſt. Dicitur etiam Officialis, quia accidit in membris officialibus. Etiam dicitur Separatio continuitatis: qui eſt quidam morbus procedens in partibus coniunctis in ſe, et ſeparatis ſecundum id quod continuatũ eſt in eis: et eſt cõmunis membris conſimilibus, & officialibus. Et nomen eius accipitur de loco in quo accidit. Et hæc eſt partitio digna. quia corpus quando tranſgreditur æqualitatem, eius morbus erit aut in ordine membrorum quæ conſimilia ſunt in partibus ipſorum, & dicitur conſimilis: aut in ordine membrorum officialium poſt membra conſimilia, & dicit̃ officialis: aut in ordine totius corporis poſt membra principalia ex ſeparatione illius quod continuatum eſt in corpore: & dicitur

*Morbus.* — *Conſimilis.* — *Officialis.*

A

ſeparatio continuitatis. Morbi uero conſimiles, aut ſingulares ſunt, aut compoſiti. Et ſingulares ſunt, ſcilicet calidum, uel frigidũ, humidum, uel ſiccum. Sed compoſiti ſunt, calidum & humidum: uel ca. & ſic. uel frig. & hum. uel frig. & ſic. ex qualitate cõtinuante ſuper mẽbra cũ ſupfluitate fluente cum ea.

Morborum officialinm modi.

Morbi officiales etiam quatuor modis fiunt. Aut in forma membrorũ, aut in quantitate, aut in numero, aut in poſitione. In forma uero quinq; modis fiunt. In conueniẽtia: in continuitate: in poris, ut ſtrictura, aut largitas: in aſperitate, & lenitate. Sed qui fiunt in quantitate, duobus modis fiunt: aut ex habundantia creſcente ſuper quantitatem naturalẽ: aut ex ultima paruitate. Similiter in numero duobus modis fiunt: aut ex naturali augmento: aut diminutione uniuerſali, uel particulari. Etiam qui fiunt in poſitione membrorum: aut propter motionẽ alicuius membri de loco eius: aut propter corruptionem eius uicinitatis cum alio, per adhęſionem aliquam quę non ſeparatur de leui, aut per ſeparationem aliquam quæ non adhæret de leui.

Morbus communis.

Et cõmunis morbus dicitur ſeparatio continuitatis. Qui ſi fit in oſſe, dicit̃ fractura. Si in carne ex proximo tempore, dicitur plaga. Si ex longo tempore, dicitur ulcus. Si in neruis, dicitur contluſio. Si in uena pulſatili, mater dicitur ſanguinis. Si in uena non pulſatili, excuſſio dicitur. Si in muſculo, dicitur percuſſio. Si in cute, dicitur excoriatio, uel diſcoriatio. Si in membro, dicit̃ ineiſio: ut in membro manus, uel pedis. Quilibet uero iſtorũ morborum habet cauſſam inducentem eum: et accidẽs ſequens, ſcilicet ſignum ſ3cans ſuper eum.

B

Sed dicendum eſt de hoc in diuiſione morborum. Morbi itaq; aut erunt manifeſti ad ſenſum in membris manifeſtis, aut occulti a ſenſu in membris interioribus. Qui uero eorum manifeſti ſunt ad ſenſum, cõmunes ſunt exterioribus & interioribus corporis, ut febres, et apoſtemata. Et ipſorum qui proprij ſunt exterioribus corporis tantum, cauſſa eorũ erit exterior, aut interior. Exterior erit in contuſione lapidum, uel inciſione enſis, uel morſu, aut punctione alicuius animalis, aut alicuius ſimilis. Ordinandus itaq; eſt liber iſte ſuper iſtam diuiſionem. In prima tabula dicendum eſt primo de febribus communibus toti corpori.

Febris.

Febris uero eſt calor ĩnaturalis, curſum ſupergrediẽs naturæ, procedens a corde in arterias & membra corporis, ſuoſq; lædens effectus. Et febris diuiditur iuxta participationẽ illius quod eſt in corpore. Quæ ſi accidat in ſpiritu, dicit̃ Ephimera. Si in humoribus, putrida. Si in membris ſolidis, ethica.

Febrium partitio.

Et aſſimilatur Ephimera utri pleno aqua calido, qui caleſit ex calore aeris. Et putrida aſſimilatur uaſi frigido pleno aqua calida quod caleſit ex caliditate aquæ. Et ethica aſſimilatur uaſi calido in quo ponitur aqua frigida, & caleſit aqua ex caliditate uaſis. Et ephimera durat per unum diem, & unam noctem. Et poſſibile eſt, quod ſit minus, aut plus: ſicut illa quę durat per biduum, aut triduum. Et ephimera fit ex cauſſis exterioribus. ut ex uſu rerum calidarum actualiter, ut a calore ſolis: uel potentionaliter, ut ex aqua ſulfuris. Aut ex uſu rerum frigidarũ actualiter, ut ex niue, & a-

C qua frigida: aut potentionaliter. ut ex aqua aluminis: eo quod includit ſu perfluitatẽ, quæ niſi eſſet eius condenſatio, iam diſſolueretur. Aut accidit ex ſumptione rerum calidarum, aut ex motu intenſo corporis, ſicut exercitio: aut ſpiritus, ut impetu, uel anguſtia, uel uigilia. Aut accidit ex apoſtemate dyafragmatis, cuius calor tendit ad cor, deinde ad membra.

## CANON .II. Ad Tacuinum Tabulæ ſecundæ Febris putridæ.

Febris putridæ origo.

FEBRIS putrida, ex putrefactione alicuius quatuor humorum prouenit, qui ſunt ſanguis, flegma, cholera rubea, cholera nigra. Et cauſſę putrefaciẽtes humores ſunt multę: quę fiunt ex quãtitate ipſorũ, aut groſſitudine, aut uiſcoſitate, aut uiolentia ſuperueniente eiſdẽ, aut ex defectu anhelitus ſequẽte uiolentia ipſarũ. Et diuiditur febris putrida ſecundũ quatuor humores. Et eſt febris flegmatica, cholerica, et melancholica. Et ſi putrefactio fit inter uenas, dicitur Continua: & eſt abſq; horripilatione. Et ſi fit extra uenas, dicit̃ Interpolata. Eſt febris ſanguinis: quæ ſi a principio eius uſq; ad finem eſt unius tenoris, dicitur æqualis, & reſidua pars ſanguinis eſt ut pars putrida eius. Et ſi in principio eſt debilis, & augetur in fine, dicitur augmentabilis. quia pars ſanguinis putrida eſt maior reſidua eius parte. Et ſi in principio eſt debilis, & diminuitur in fine, dicitur diminuta: quia pars ſanguinis reſidua eſt maior parte putrida.

Febrium putridarũ partitio.

D Et omnia ſigna putridarum febrium incipiunt cum debilitate, & fortificantur, & non ſeparantur ſeparatione perfecta: & ipſarũ caliditas pungitiua exiſtit. Et quandoq; eas præcedit rigor, uel horripilatio cum diuerſo pulſu, & defectu digeſtionis in urina, & digeſtio urinæ fit per hypoſtaſim planam & albam. Et pars ipſarum febrium cõponitur cum patre, Et habetur ſignificatio ſuper eas. Si æquales ſunt humores inducentes eos, per ſigna propria cuilibet ipſorum cognoſcuntur. Et ſi ſunt inæquales, ſigna condominantis humoris erunt fortiora. Et habetur ſcatio ſuper ſpeciem febrium. Quia ſi putrefactio eſt intra uenas, febris erit continua. Si extra uenas, febris erit interpolata, & fortificatur in die paroxiſmi. Et tertiana extra uenas, durat per duodecim horas in afflictione ipſius. Et quartana affligit per uigintiquatuor horas, & dimittit per .48. horas. Et quotidiana affligit quolibet die per .16. horas, & ſeparatur per ſex horas. Et febris ethica fit ex cauſſa caliditatis ſupergredientis curſum naturalem in mẽbris radicalibus, & humiditatibus corporis. Et ſi conſumit humiditates quæ ſunt in uenis paruis proprijs cuilibet membro, dicitur febris ethica abſolute. Et ſi conſumit humiditates quæ ſunt in carne tenera, deinde humiditates quę ſunt in membris, quę ſunt ad modũ roris, de quibus nutriuntur membra, dicitur Conſumptio. Et ſi caliditas conſumit hanc humiditatem, deinde conſumit humiditatem continuam cũ membris radicalibus, dicitur conſumptio cum ptiſi. Sed febris epidimialis fit ex corruptione aëris, & non egreditur modos febrium prædicta-

Tertiana. Quartana. Quotidiana. Ethica. Conſumptio Epidimialis.

rum. Et quodlibet corpus recipit eam iuxta aptationem eius, & modum quantitatis ſuperfluitatis eius. Et ut plus accidit in habente complexionem calidam & humidã, erit quoq; cum hac febre ſitis, lamentatio, anhelitus fœtens, & frequens. Et fit in pluribus hominibus ex corrupto aëre. Sed ſciendum eſt in hac febre ad cor confortandũ & corrigendũ aërẽ, cũ cameris frigidis, herbis frigidis, et fumigio cũ cãphora, roratiõe cũ aqua roſata, et aceto, infrigidatione pectoraliũ, cũ aqua roſarũ, et camphora cũ pañis lini. Et pañi mutent̃ cum calefiunt. Detur eis de rob acetoſitatis citri, & ſyrupis pomorum. Cibentur cum galliculis aſſis, uel coctis cum aqua berberis. Febres poſſunt etiam componi multis aliis modis, quod dicetur inferius, quaſi infinitis. Componũtur enim aliquotiens duę febres, uel plures eiuſdem generis, uel ſpeciei: & aliquotiens diuerſarum ſpecierum. Et aliquotiens contiuua cum interpolata, ſicut in hemitritęis. A

## CANON. III. Ad Tacuinum tertium de Apoſtematibus.

APOSTEMA eſt quædam groſſitudo tumens, accidens in aliquo membro corporis ex aliqua materia inducente illud: quæ materia aut generat̃ in mẽbro in quo fit iſtud apoſtema: aut ſuperuenit ad iſtud membrum ex alio membro. Manatio tamen materiarum ſuperueniens ex alio membro, modis ſex fit. Aut ex uirtute expellente eã ad iſtud membrũ. Aut ex debilitate membri recipientis eam. Vel ex abundantia multa ipſius materiæ. Largitate pororum. Vel ex debilitate uirtutis attrahentis nutrimentum, quod eſt in membro accipiente eam. Vel ex accipiente locato in inferiori parte corporis. Et Apoſtema eſt bipertitũ: Calidũ, uel frigidum. Calidum duplex eſt: ſcilicet ſanguineum, & cholericum. Et frigidum ſimili modo diuiditur, ſcilicet in phlegmaticum, et melancholicũ. Sed quãdo componuntur humores, compoſita accidunt apoſtemata, iuxta modũ compoſitionis humorũ. Et ſi ęqualis fit cõpoſitio, cognoſcit̃ ex ſigno ſcãte ſuper unum, uel alium duorum humorũ ſi de duobus fit ipſa compoſitio. Et ſi augetur pars unius ſuper partem alterius, cognoſcetur per ſignum dominationis humorũ. Tamen aliquod apoſtema habet nomen proprium: aliquod uero non. Sed breuiter, nomen eius fit taliter. Quod ſi apoſtema componitur de ſanguine et cholera rubea, nominatur heriſypela. Et ſi pars humoris mirifici eſt intra uenas, et alia pars ipſius eſt extra uenas de eis, fit Cancer. Et ſi phlegma eſt ęquale in ſubtilitate, groſſicie & uiſcoſitate, ex eo fit apoſtema molle. Et ſi eſt groſſum tantum, ex eo fit ſcrophula, uel glandula. Et ſi cum groſſitudine eſt frigidum ualde, & cum eo miſcetur ſanguis turbidus & groſſus, ex eis generatur Tubayla. Ad declarationen quoq; huius tabulæ notandum eſt, quod generatio apoſtematis in membro fit hoc modo. Quia quando membrũ inflatur in aliqua ſui parte, uel totum, apoſtematur: & poſtea replentur uenæ maiores loci qui apoſtematur: deinde minores: & poſtea a capitibus

Apoſtema quid.

B

Apoſtematũ partitio.

Apoſtematis generatio.

C paruarum uenarum euomitur pars humoris facientis apoſtema ad membrorum concauitatem, ſeu ſpacioſitatem: & pro tanto dicitur, quod apoſtema fit ex humore partim exiſtente intra uenas, & partim extra. Et in principio debet curari repercuſſiuis: niſi ſit in emunctorio membri nobilis: & niſi corpus ſit completum. quia plenum non recipit. Vnde ſi corpus eſt plenum, debet aliquo modo inaniri ſuper euacuationem, ſecundum quod cõpetit, & poſtea adhiberi repercuſſiuum. Et ſciendum eſt, quod ab apoſtemate non repercutitur, niſi iſtud quod eſt intra uenas. Illud autem quod eſt extra uenas, aut in paruis uenis, terminatur uno triũ modorum. Quia aut induratur per reſolutionem partis ſubtilioris materiæ, & groſſum compingitur. Aut reſoluitur inſenſibiliter. Aut conuertitur ad ſaniem. Et pro tanto in augmento miſcentur maturatiua cum repercuſſiuis, & in ſtatu ponuntur maturatiua, ad faciendum ſaniem in loco. Reliqua autem quæ dicuntur in Tacuino, manifeſta ſunt.

## CANON .IIII. Ad Tacuinum Quartũ de Morbis ſuperficiei corporis ex cauſſis interioribus non appropriatis alicui membro.

D MORBORVM accidentium in ſuperficie corporis quidam appropriantur alicui membro corporis, ut capiti, uel faciei. ſicut eſt Pannus. Et quidam non appropriantur alicui membro. Morbi accidentes alicui membro, bipertiti ſunt. Aut enim erunt ex cauſſa exteriori, ut ex ſeparatione continuitatis, ut ex enſe, uel ex lapide. Aut ex cauſſa interiori. Sed morbi qui fiunt ex cauſſa exteriori, & nõ appropriantur alicui membro corporis, ſunt ſicut morbilli, & blactæ, qui græce appellantur heryſipela, & arabice, filiæ ignis: & ut eſt lepra, quæ dicitur, uitium leonis. Et Lepra. dicunt quidam quod dicitur lepra, quia leproſi habent oculos rotundos ad modum leonis. Similiter eſt baros, morphea alba, & morphea nigra, & impetigo, ſcabies, pruritus, & excoriatio cutis. De ignibus dicendum erit ſuo loco.

In quarta, quinta, ſexta, et ſeptima tabulis dicuntur multę eſſe ægritudines, ſiue morbi, qui ſecundum ueritatem morbi non ſunt, nec apud alios autores morbi reputantur, ſed dedecoratio. ſicut illa quæ non lædũt uirtutes corporis naturales, ſed decorem corpotis. ut ſunt infectiones cutis leues, ſicut pannus, lentigines, alopitia, uerrucę, pruritus, ſcabies, & ſimilia: niſi ſint inmenſa ualde. Cætera plana ſunt.

## CANON .V. ad Tacuinum Quintum, De morbis ſuperficiei corporis ex cauſſa interiori, ut proxime ſupra.

ACCIDIT in ſuperficie corporis morbus non appropriatus alicui certo membro, ut eſſera, puſtulę paruę, aſaf, uerrucę, claui: eo quod profundantur in membro quaſi eſſent claui. Etiam ignis perſicus appel-

A

latur, quia ſimilis eſt ampullis accidentibus ex combuſtione ignis. Etiã ulcera accidentia ex ſanguine melancholico aduſto. Etiam quoddã apoſtema quod nominatur mater ſanguinis. & eſt ruptura accidens arteriæ ſub pelle, facta ex uulnere, pelle cõſolidata remanente, ruptura inciſionis arteriæ ſub pelle occulta. Et ſudor quando intenſus eſt. Et huiuſmodi morbi fiunt ex cauſa interiori. Puſtulę uero, & ulcera accidentia in corpore fortis albedinis, difficiliora ſunt illis quæ accidunt in corpore bonę æqualitatis quod declinat ad rubedinem. quia humiditas ſuper ulcera ipſius condominat: & ſanguis ex quo generatur bona caro, eſt modicus in eo. Epidimiales uero morbi proximi ſunt corpori rufi coloris & mali coloris. & ſunt puſtulæ, & apoſtema cum forti inflãmatione. Et ſunt quandoq; rufi coloris. aliquando nigri, aliquando uiridis. Et omnes morbi iſti dicunt maligni: & proprie illi qui ſunt nigri coloris cum circumferentia liuiditatis, aut nigredinis. Et cum eis accidit ſaltus cordis cũ ſincopi. Ideo ſunt magnę fallaciæ quando in eis apparent ſigna intenſa ſupradicta, imminente cum eis äere epidimiali. Et in eis melior eſt cura illa, quæ confortat cor, infrigidans caliditatem. Et in eis nulla eſt facienda minutio, ſed bibitio fiat de ſucco granatorum acetoſ. citrorum, trociſcis camforæ, ſandal. & aqua roſarum. Et cibetur galliculis coctis cum agreſta, & ſucco granatorum. Moretur patiens in loco frigido, in quo ſternantur ſalices, roſę, flores pomorum, citoniorũ, extremitates myrti, nenufaris, ſandali. Et ſupponendi ſunt panni infuſi in aqua ipſorum pectori. Et ſcarificetur locus, & extracto ab eo ſanguine, lauetur cum aqua calida, & ut non coäguletur, leniter ſugatur. Et non illiniatur cum infrigidatiuo: ne noceat ſaltui cordis. Etiam quando morari in loco frigido ægrum cõtingit, debet cooperiri cum pannis: ut nullo modo lædat eum frigus. quia intentio curæ in hoc debet eſſe, ad muniendum ut anhelitus ſit frigidus, non ut cor infrigidetur, ſed ut habeat aërem bonum & conuenientem: & poſt abſterſionem loci curetur cum conſolidatiuis.

Mater ſanguinis.

Morbi maligni.

B

## CANON. VI. Ad Tacuinum Sextum, De morbis accidentibus capiti & faciei.

MORBORVM accidentium in ſuperficie corporis aliqui appropriantur alicui membro tantum. ut illi qui appropriantur corpori tantum. ut uitium ſerpentis, alopitia, magnitudo capitis, & tortura ipſius, accidens ex diſiunctione iuncturarum eius. ſ. ſcon: & apoſtema molle ſub eius cute. Et quidam appropriantur faciei. ut pannus, lentigines, morũ in maxillis, puſtulæ lenticulares, aduſtiones, & fiſſuræ. Et quidam appropriantur manibus & pedibus: de quibus dicendum eſt in tabulis ſuis. Alopitia uero dicitur uitium uulpinum: eo q; accidit uulpibus cadentibus pilis. Et uitium ſerpentis dicitur: eo q; excoriatur pellis ipſius. Et hoc accidit ab aliquo humore. Et cognoſcitur ſignum per colore loci. Quia ſi eſt citrinus, ex cholera rubea: rufus, ex ſanguine: niger,

Alopitiã uulpina. Vitium ſerpentis.

C ex cholera nigra: albus, ex phlegmate. Et patiens uarices, poteſt pati alopiciam, ex aſcenſione humorum ad capitis cutem: & qui patitur alopitiam, poteſt pati uarices, ex deſcenſione humorum agentium eam ad inferiora corporis.

Capilli & ungues non ſunt ſicut cætera membra corporis. quia membra alia habent uirtutes naturales quibus reguntur: capillorum autem & unguium nullũ eſt, ſed generatio ſola. Generantur enim per impulſionem partis poſt partem. Et cum excreuerint, abſcindi poſſunt, & recreſcunt. Capilli autem generantur ex uapore fumoſo, reſoluto per calorem ab humoribus: & per calorem & alias diſpoſitiones eorum ſ[illegible]catur ſuper complexionẽ corporis, & maxime cerebri: ſicut tractatur ab autoribus. Generantur autem capilli ad decorem, & utilitatem. Vtilitas autem eorũ eſt, quia defendunt caput a nocumentis exterioribus. ut frigore, ictibus, & ſimilibus. Pili barbæ proprie ſunt ad diſtinctionem ſpeciei. Ad quid autem ſint pili ſuperciliorum, & palpebrarum, dicetur infra.

## CANON. VII. ad Tacuinum ſeptimum, De morbis accidentibus in pedibus & manibus.

MORBORVM appropriatorum ſuperficiei manuum & pedum quidam appropriantur ſuperficiei pedis. ut uarices, læſio calciamenti, & excoriatio facta ab equitatione. Et quidam communiter. ut uena ciuilis, & fiſſura accidens in interiori parte uolę manus, & pedis, et calcanei, baras unguis, & curuatio eius, & ſubtiliatio ipſius. Et quidam ap-

D propriantur manibus tantũ, quidam pedibus tantum. ut baras unguiũ, & panaricium. Vngues generantur in extremitate oſſium leuium. Et ſunt creati propter quatuor iuuamenta. Primum, ut extremitates digitorum ſint fortiores. Secundum, ut poſſint capere facile res minutas. Tertium, ut per eas ualeat quis ſe ſcalpere & mundare. Quartum, ut cum eis tanquam armis ualeat quis ſe defendere. Tria prima competunt humanę ſpeciei, quartum omnibus aliȷs animalibus brutis.

*Vnguium quatuor officia.*

## CANON. VIII, Ad Tacuinum Octauum de Vulneribus, & Vlceribus.

VVLNERA ſunt de ſpecie ſeparationis continuitatis: & fiunt aut in fiſſura ſingulari tm̃, aut ex morbo officiali, aut conſimili, uel cum cauſſa antecedẽte aliqua alicuius cauſſæ ſeparationis cõtinuitatis. Et Vulnera quandoq; ſunt magna, aut parua: aut erunt ſicca, aut habentia ſordiciem & reſudationem. Et accidit erugo, uel reſudatio in ulcere, ex debilitate membri in digeſtione competente ei in nutrimento eius, quando agit debili diſſolutione ſuperfluitatis eius. Si ſuperfluitas ipſa remanens fuerit ſubtilis, ex ea fit erugo. Et ſi groſſa, ex ea fit reſudatio. Et eo quod a quolibet membro diſſolutio ſubtilis fit per poros, illa diſſolutio occultat ſuperfluitatem groſſam, ex qua fit ſordicies. Et uulnus ſi eſt cum cauſſa &

*Erugo.* *Reſudatio.* *Sordicies.*

materia ibi manante ad membrum, cognoſcitur per multum fluxum eius. Etiam fit uulnus cum morbo conſimili. ſicut iſtud cum quo eſt mala complexio calida, aut frigida, humida, uel ſicca. Aut fit cum morbo officiali. ſicut illud quod fit ex diminutione, quando deficit caro ulceris: uel cadit aliqua pars membri. Et dicitur morbus ex augmento, quando in ulcere fit aliqua caro addita. Et dicitꝰ morbus cum magnitudine, quando cum uulnere fit apoſtema. Fit etiam in uulnere ſeparatio cōtinuitatis, non in carne. ſicut eſt inciſio neruorum, & fiſſura uenæ. Etiam fit uulnus compoſitum cum accidente. ſicut illud quod ſequitur, dolor. Et ulcus quando chronicum fit, & tranſit. 15. dies, appellatur fiſtula. Et fiſtula eſt quodlibet ulcus habens concauitatem, & os ſtrictum, & fundum latum, cum carne dura, mortua, alba & arida: fit quandoqꝫ humida. Opilatur etiam os fiſtulæ, & aperitur qn̄qꝫ concauitas eius, fitqꝫ recta. Fit etiā per tranſuerſum, & torturam quandoqꝫ. Fiunt etiam in ea orificia multa. Et ſi redit ad aliquam uenam, aut aliquod os, aut neruum, aut membrum nobile, corrumpit illud, putrefacitqꝫ. A Fiſtula.

CANON. IX. Ad Tacuinum Nonum, de Vlceribus, combuſtura ignis, extractione telorum, ſpinæ, & percuſſione cum fuſtibus.

SEPARATIO continuitatis oſſis, eſt fractura ipſius. Eius debet fieri cura cum minutione facta in loco conuenienti membro fracto. Et bibat patiens unc. 5. de iulep, & aur. 1. luti armeni, cum aqua roſarum. Purgetur cum manna & medulla caſiaf. Et cibetur primo die cum rebus frigidis, cum aceto coctis. Deinde cum galliculis. Extendatur membrum de utroqꝫ latere leniter. paulatim, per rectitudinē: rectificata forma membri, plumaceoli ad modum membri fiant. Et illiniatur cum radice granati ſiluestris, luto armeno, myrto, oleo roſarum. Et ſuperponatur loco fracturæ per circumitum, & extendatur, & ſuperponatur faſcia loco fracto, inuoluto ſuper illud per tres uel quatuor horas: & ſtringatur faſcia in ſuperioribus membri leniter, deinde in loco fracturæ et inferioribus partibus eius. Deinde fiant aſcellæ de leuiori ligno, aut de ferula, conuenientes membro ex utroque latere. Et ſuperponantur eis pan̄i linei, ut leues ſint. Deinde fiat ſecūda ligatura ſuper ipſis aſcellis: & aſcellę ſint longiores fractura in utroqꝫ latere ad modum trium, uel quatuor digitorum: & ponatur ſuper eas ſtrictura. Et cauendum, quod non tangant capita aſcellarum articulum. Deinde fiat ligatura firma, ita quod nō doleat. Et ſi dolet, diſſoluatur membrum ſtatim: ſimiliter ſi accidit pruritus fortis, effundatꝰ ſuper illud aqua tēperate calida. Et mitigato dolore, aut pruritu, ſuperponantur plumaceoli infuſi in aqua roſarum, oleo uiolarum, & modico aceto. Et primo die ſit ligatura lenis. Secundo & tertio die affecinetꝰ de apoſtemate. Deinde ligatura fiat fortior, & incipiet fieri ſarcoydes in ea. Deinde mollificetur ligatura paulatim. Quod ſi non eſt cum febre, B Alias, cum ſucco myrti.

C necꝗ cum apoſtemate,& incipit ſarcoydes fieri in ea,nutriat̃ cum fermentaria,& ſimilibus medicinis ad ingroſſandũ parum,& ad multiplicandũ ſarcoydes: quod eſt quoddam ligamentum coniungens partes oſſis fracti.quia os non recipit conſolidationẽ:unde fit ſarcoydes ad coniungendum fracturam oſſis.Et ſignum ligationis ſarcoydis fit per ſanguinẽ clarum in plumaceolis et ligaturis abſcꝗ uulnere:et ſignificat, quod ſanguis bonus ducitur ad membrum:et ligatur ſarcoydis in fractura, & reſudat ipſa materia per poros de loco fracturę,et apparebit in plumaceolis. Sed in diſlocatione extendatur membrum,& reducatur ad locum, & ligetur ſuper id cum emplaſtro: & obſeruetur in ea prima forma eius.

Sarcoydes.

Et ſi ſit percuſſio cum ſagitta,& uis eã extrahere de loco eius: euitetur, q̃d non ſit in arteria,aut in neruis,aut locus ſit uicinus alicui nobili membro.Quod ſi dubium eſt in h[illegible] melior eſt dimiſſio in extractione eius, ſi dubitatur de membro nobi[illegible] aut de inciſione nerui,aut de ruptura alicuius arteriæ.Quia narrauit quidam de ſecta medicorum,quod fuit iniecta ſagitta quædam in partibus ſtomachi,rumpendo diafragma.quia remanſit inter ſtomachum & membrum,& extrahere non potuit.quia remanſit per ſpacium longum ubicꝗ ſignum ipſius per liuiditatem coloris loci,aut nigredinem:unde dimiſſio eius eſt melior ſui extractione.Et ſi ſagitta peruenit ad membrum compoſitum nobile,ut ad cerebrum,cor, epar,pulmonem,ſtomachum,renes,ueſicã,et ſimilia,et uides ſignum mortis, et debilem naturã, noli extrahere ſagittam. Et ſi ulcus fuerit bonum abſcꝗ ſignis malis,extrahatur:quia ſi remaneret,moreretur patiens.Dicitur enim,quod quidam lædebatur ſagitta in inteſtinis,et ſtercus egrediebatur per uulnus, et ſanatus eſt.Dicitur item,quod quidã chirurgici uiderũt particulas epatis egredi per uulnera,etiam cibum et potum,et nulla ſuperuenit eis mors. Quod ſi accidit uulnus in cerebro, et peruenit ad duram matrem, ſequitur ſoda, fortis inflatio,rubedo oculorum, mutatio coloris linguę,permixtio mentis.Et ſi peruenit ad piam matrem, deficiet uirtus cum uoce,et tortura faciei,fluxu ſaniei,exitu ſanguinis de naribus.Et ſi ingreditur ſagitta concauitatem pectoris,et cor,egredietur ſanguis niger,et ſequetur infrigidatio extremitatũ,ſudor cum ſincopi, deinde mors.Et ſi in pulmonem,erit ſanguis ſpumoſus,et mutabit̃ color patientis.Si in diafragmate,ſpiſſus erit anhelitus, et magnus cum motu utriuſcꝗ cubiti.Si in ſtomacho,egreditur cibus.Si in inteſtinis, egredietur ſtercus,uel zirbus:in ueſica, egredietur urina.

D

## CANON .X. ad Tacuinum Decimum,de morſu et punctione animalium uenenoſorum.

ANIMALIVM uenenoſorum quædam mordent.ut canis rabidus,muſtela,lacerta leproſa,pediculus uulturis,tyrus ſitibundus,glandinoſus,degens in aquis,et ſimiles. Quædam pungunt. ut ſcorpio, aranea,etc.Sed dicendũ eſt de forma canis rabidi;ut uidẽs eũ, euadat de eo.

Canis rabidus uadit ut demens, nec comedit, nec bibit, quamuis laboret forti ſiti, & inflammatione, nullam tamē aquam appetit. Habet os apertum, lingua extrahitur, mucilago manat ab ore eius, ut de ore cameli coitum quærentis. Caput eius declinat ad latus, oculi eius molles, multi motus, pili erecti, uox rauca, & forte ſine uoce. Ignorat dominum ſuum. Aggreditur canes, & homines: fugiunt & canes ab eo: atq; id plus accidit eis in eſtate. Et ut dixit Rufus, fit ex dominatione melancholiæ. Et ſi mordeat aliquem, in primo non ſentit dolorem, ſed poſt. 20. dies, aut menſes. 6. ſuperuenit extenſio cum rubedine in toto corpore, & proprie in facie, cum furore & ſincopi, & timore de aqua: quam cum uiderit, tremet, & non petit bibere de ea, ſed fugit ab ea, & ab omni humiditate. Et raucus erit. Et ſi patiens mordet aliquem, ille erit in conditione ſua, & peiore. Similiter accidit ſpaſmus. Et uenenum eius eſt uehementis ſiccitatis. Cauſſa hmōi accidentis, eſt ex proceſſu ueneni in corpore cum intenſa ſiccitate. Ideo timet aquam. quia condominatio ſiccitatis fit per naturam eius, fugiens a ſuo contrario. ſ. ab humiditate. Aliqui dicunt, quod laborans morſu canis rabidi, imaginatur formam canis mordentis in aqua. Alij dicunt, ꝙ uidet inteſtina canis in aqua. Et quotiens curatur ipſe patiens ante timorem aquæ, cito ſaluabitur: ſed poſt timorem aquę incurabilis eſt. Similiter ſi inſpicit in ſpeculo faciem ſuam ad formam canis, incurabilis eſt. Sed uenenum tyrorum & ſerpentum eſt calidum, combuſtiuum: & de morſu ipſorū accidit dolor in loco morſus: Deinde procedit pet totum corpus. Et in loco morſus erunt duo foramina, ex morſu duorū dentium, et de eis manat humiditas & oleum. Deinde accidit apoſtema cū rubedine & liuiditate, & ampullis, uelut ex combuſtura ignis. Deinde accidit nauſea cum uomitu cholerico, cum tremore, et ſudore frigido. Et corroſio fit in loco morſus. Et ſanguinolenta fiet gingiua patientis: & minget ſanguinem. Sed nota de tyro glandium, qui moratur in radice arboris quæ eſt glans, dicitur, ꝙ qui uadit ſuper eum, excoriantur eius pedes, & inflantur: & excoriantur manus curantis morſum ipſius. Et dixerunt, ꝙ ille qui interfecit ipſum tyrum, non odorabit poſt niſi odorem ipſius. Et ſignum laborantis per morſum cum eo quod dixi, erit dolor ſtomachi, ſitis ualida, quæ nō mitigatur per potum aquę: & omnino eam ſequitur mors. Sed ex morſu tyri degentis in aqua, homo minget humiditatem nigram, fœtentem ut eruginem mortuorū. Et ex morſu ſerpentis habentis cornua, erigitur ueretrum patientis, & erit morſus citrinus, & uentoſitas per anum egreditur.

A — Canis rabidi indicia.

B — Morſus tyrorum & ſerpentum.

Alias, inflammantur.

Et cura completa cuiuſlibet morſus uenenoſi fit ſic, quod ſugatur morſus, ita tamen ꝙ ſugens eum non ſit ieiunus, ſed habeat in ore oleum: ad euitandum nocumentum ueneni, & expuat illud. Et ligetur ſuper locum morſus uehementer. Et ſi poteſt locus cauterizari, cauterizetur, et ſuperponatur uentoſa cum multo igne. Dicitur de alijs ſpeciebus tyrorum, ꝙ periculoſi ſunt. Quod ſi inſpicit aliquis ipſorū in aliquem hominem,

C homo ipſe peribit. Et qui audit ſonum uocis eius, peribit. Et alia mirabilia multa dicuntur de eis.

## CANON. XI. Ad Tacuinum Vndecimum, de Medicinis mortiferis.

MEDICINAE mortiferæ aut nocent cum tota ipſarum ſubſtantia, aut cum quantitate. Et quæ contrarię ſunt, manifeſtantur in corpore. ut napelli, cornua ſpicæ, & fel tyri. Sed quæ nociuæ ſunt per qualitatem, aut ex putrefactione ipſarum, aut ex corruptione. ut ſunt lepores marini. Aut ex calefactione. ut euforbium, & caſtoreum. Aut ex forti infrigidatione et ſtupefactione. ut opium, mandragora. Aut ex opilatione pororum & meatuum anhelitus in corpore. Et eſt uenenum nocens uni membro, & nō alio, nec lædit corpus iuxta communitatem. ſicut nocent cātarides ueſicę, & lepus marinus pulmoni. Et ſunt quædam quæ nocent toti corpori, quæ alterant cōplexionem. ut eſt hyoſcyamus, & opium. Et diuerſificantur medicinæ. Sed uenenum animalium aut fit ex toto corpore ipſius, aut uno membro eius. Aut ex humiditate aliqua ipſius, nocet quoq; cum toto corpore. ut ranula paludum, piſcis aſſus, & coopertus, lacerta leproſa, cantarides, lepus marinus. Et quæ nocent cum aliquo membro ipſorum, ſunt ut ſanguis coagulatus, fel tyri, & leopardi, & extremitates caudę cerui. Et quædā nocent ex humiditate. ut lac coagulatum in ſtomacho, & ſanguis tauri recens.

D

## CANON. XII. Ad Tacuinum Duodecimum, de Medicinis item mortiferis.

CVM ALIQVIS ſuſpicionem habuerit ſumpſiſſe uenenū, ſtatim bibat aquam calidam cum butyro uaccino, oleo ſiſami, aut olei: & imponat ori eius digitū, aut pennam infuſam in oleo, ut uomat. Et ſtudeat purgare ſtomachum de omnibus contentis in eo per uomitum. Et iterato bibat aquam calidam, ad prouocandum uomitum: ut mundificetur complete. Deinde bibat lac recens. Deinde de electuario luti ſigillati. Et medicinę mortiferę diuerſę ſunt, et de eis dicuntur mirabilia multa. Et dixerunt, ꝙ quædam herba ſit in partibus Aegypti, quæ comeditur abſq; aliquo nocumento cum lacte: & quando inuenit aliquem locum uulneratum in corpore cum ſanguine, interficit manducantem. Et dicit Gal. ꝙ quidam portabat epar in manu de una uilla ad aliam: & uolens ire egeſtum, dimiſit epar ſuper herbam: & poſt egeſtionem uolens recipere epar prędictum, inuenit ipſum diſſolutum in ſanguinem. Et cognoſcens, ꝙ herba illa diſſoluit epar in ſanguinem, collegit de ea in magna quantitate, & plures homines cū ea interficit. Et cognitis malis operationibus ipſius, iudicatus fuit ad mortem: & clauſi ſunt oculi

Herba mirabilis.

ipſius, ut non doceret aliquem cognoſcere herbam iſtam. Bibens uero de medicinis mortiferis, patietur conſumptionem, defectum anhelitus, ſincopim, & diſſolutionem uirtutis. Et uenenum lędit ſubſtantiam corporis: unde uomat, & poſt uomitum bibat de tyriaca maiori, aut de trociſcis tyrorum, et luto ſigillato, aut de abrotano armeno, et agarico, & radice mentaſtri montani, ſemine urticæ, nardo akliti, & ſucco praſſij doſis ſingulariter, uel cõmuniter aur. i. Cibetur cũ auellanis, ficubus ſiccis, & ruta: & bibat decoct. cicerum imparatorũ, tritorum, expreſſorum. Et odoret ſandal. aquam roſ. & camforã, mixto cum eis modico muſco. Et ſuffumigetur xyloaloe Indiano, et ambra. Et fricetur pectus, & os ſtomachi, ut calefiant: & nutriatur carnibus gallinę tritis. Et ſi longa ſit ſincopis, & deficit pulſus, & oculi fiunt concaui, cum ſudore frigido, noli ſperare de uita. Et ſi ictericia accidit in bibente medicinas mortiferas, nocumentum eſt in epate. Et ſi accidit ſincopis, nocumentum ipſarum eſt in corde. Si ſpaſmus, nocumentum eſt in cerebro: unde fiat propria cura ad confortandum quodlibet membrum læſum per eas. A Antidota.

## CANON. XIII. Ad Tacuinum Decimumtertium, de Medicinis mortiferis.

QVI TIMET, NE detur ei potio uenenoſa, aut medicinæ mortiferę, & non poteſt habere cautelam de cibo ſuo, caueat ſibi a menſa abundante cibo dum fuerit eſuriens ualde, aut ſitiens ſimiliter. quoniam hæc inducunt eum ad fallaciam in cibis ſuis & potibus, & ad defectũ ſenſus. Et euitet nutrimenta acida, ſalſa, & dulcia. quia cum his poteſt miſceri uenenum, & non ſentiet. Vtatur comeſtione ficuum, nucibus, & ruta, & quolibet die luto ſigillato. quia hoc pacto poſſibile eſt, ꝙ emittatur cibus cum uomitu: ſi fuerit uenenoſus, cum metridato, aut tyriaca, aut ſimil. quoniam qui his utitur in potu, non timeat potionem medicinarum mortiferarum, nec punctionem animalium uenenoſorum. quia medicamen nobile eſt, conferens contra uenenũ ante ſumptionem eius. Et poſt etiam confert contra quemlibet morbum uenenoſum, frigidum, flegmaticum, uel melancholicum. Notandum itẽ cum alijs cautelis, ꝙ cauendum eſt, ne aliquid uenenoſum cadat in uas ubi parantur cibaria, & in dolia quibus uinum reconditur. quia multa uenenoſorum animalia diligunt uinum. B

## CANON. XIIII. ad Tacuinum Decimumquartum, de Soda, & ſpeciebus eius.

HABETVR ſcꝫatio ſuper morbos accidẽtes in interiorib. corporis per octo modos. ſcꝫ. Per nocumentum actus, aut per illud quod e-

C greditur a corpore, aut per dolorem proprium, aut per locationem membri, aut per interrogationem, aut per formã apoſtematis, aut per accidẽs propriũ morbo, aut per cõmunicationem membri alicuius. Sed per nocumentum actus habetur: quia quodlibet membrum habet proprium actum ei, unde per læſionem actus eius ſcatur ſuper læſionem membri in quo agebatur. quemadmodum diminutio appetitus cibi, ſcat ſuper læſionem oris ſtomachi. Et per id quod egreditur a corpore, habetur noticia, aut per quantitatem, aut per locum eius. Et per dolorem proprium habetur, quod quodlibet membrum habet dolorem proprium ei. quemadmodum pulſatio, quę ſignificat quod paſſio eſt in uena pulſatili. Et per locum membri dolentis habetur, quod dolor quãdo fit in latere dextro, ſignificat quod dolor ſit in epate. Et per interrogationem habetur, quando medicus interrogat patientem: & ſi reſpondet quod dolor ſit in latere ſiniſtro, ſignificatur quod eſt in ſplene. Et per formam apoſtematis habetur: quia ſi eſt in latere dextro, & in forma lunari, erit in epate. Et ſi in forma quadrata, & longa, in muſculo erit. Et habetur per accidens proprium morbo, ſicut eſt rubedo genarum, quæ ſignificat ſuper ulcus pulmonis: & ſicut incuruatio unguium, quę ſignificat ſuper ptiſim: & ſicut quę eſt ut aqua lotionis carnium, ſignificans ſuper debilitatem epatis. Et habetur per cõmunicationem membri: quia quando membrum illęſum patitur morbum, ſignificat ſuper illud quod prouenit ei ab eo quod fuit læſum, ſicut digitus quando patitur nocumentum in ſenſu ipſius abſq; læſione accidente in manu: quod ſignificat quod neruus ei pertinens patitur nocumentum.

D Incipere ergo uolo a morbis accidentibus membris interiorib. ſcilicet cerebro, deinde alijs per ordinẽ. Et morbi cerebri ſunt ſirſam, ſoda, apoſtemata, permixio intellectus, obliuio, ſubeth cũ uigilia, ſtupor corruptio memoriæ et cogitationis, uertigo, ſcotomia, incubus, epilepſia, apoplexia, melancholia, amor hereos. Sed ſoda quædam accidit in toto capite, quædam in parte. Et illa quæ fit in parte, aut fit in parte ſuperiori, aut media: & illa dicitur hemigranea. Et quæ fit in toto capite, aut ſequitur aliud, aut concomitans eſt. Et quando eſt in ſtomacho, aliquis humor aſcendit, uel uapor eius ad cerebrum, & ſequitur eum febris. Et proprium dicitur capiti, quando fit ex caliditate, aut frigiditate, aut humiditate, aut ſiccitate. Et parum accidit ex humiditate, niſi ſit cum humore. Aut accidit ex humore frig. ut phlegma, uel melancholia. Aut ex calido, ut ex ſanguine, uel cholera. Aut accidit poſt euacuationem, aut ex apoſtemate. Et cura ipſorum una eſt, ſed diuerſa ſunt iuxta loca ipſorum in capite. Aut erit ex cauſſa exteriore, ſicut ex caſu, uel percuſſione. Et quod erit ex caliditate, erit ex interioribus corporis, & exterioribus. ſicut illud quod accidit ex calore ſolis. Quod ſi accidit a ſtomacho, ſtude curare ſtomachum mundificando & confortando. Si fit ex ipſo cerebro, fiat cura conſimilis ei. Similiter de alijs membris applica ut decet.

Soda.

Hemigranea.

## CANON. XV. Ad Tacuinum Decimumquintum, De morbis Cerebri. A

SIRSAN PER ſe accidit ex mala complexione calida ex apoſtemate panniculorum cerebri, aut in cerebro: uel ſi accidit in cerebro ex apoſtemate, uehementis fallaciæ erit. Et accidit alicui laborantium ſirſan, ꝙ expergeſiunt a ſomno cum uoce alta, & ſaltu: groſſæ fiunt linguæ ipſorum: euellunt pilos de ueſtimentis ipſorum: & quandoqꝫ fluunt lachrymæ de oculis ipſorum: areſit humiditas oculorum aliquando ipſorum. Et ſi apoſtema eſt cholericum, cum his accidentibus erit impetus cum rixa. Si ſanguineum, cũ riſu & inflatione & rubedine oculorum. Si melancholicum, erit cum ſaltu, multa loquela & uaria, cum tremore & terrore & planctu. Et ſi cum hoc miſcetur flegma, erit cum hoc ſubeth cum uigilia, cum diuerſitate pulſus & anhelitus. Et ſi accidit ſirſan in ſeneſcente, fallax erit, & incurabile. Sed ſirſan fit cum ſubeth, eo ꝙ eſt mala cõplexio, uel materia dominans cerebro, & diuerſificatur cum materia inducente etiã in loco accipienti. Et ſubeth cum uigilia erit cum permixrione choleræ, & flegmatis: & erit patiens quaſi dormiens & uigilans. Et ſi flegma condominatur ſubeth, erit uigilia magna: & ſi cholera, erit magna uigilia. Et ſi paſſio eſt debilis, ſorbet totum in liquidum quod ponitur in ore eius: & ſi fortis, non ſorbet, ſed egreditur de naribus eius, & difficilis fit urinatio, & non manifeſtabitur anhelitus: pulſus erit paruus, debilis, ſpiſſus. Differt inter eam, & ſcotomiam. quia laborans ha. passione, non habebit anhelitum ſanum. Et differt inter eam, & pręfocationem matricis, ſi accidat in muliere. quia præfocatio matricis facit iacere mulierem iuxta ſolitum ipſius: et quandoqꝫ alleuiatur, & intelligit id quid loquitur homo cum ea: deinde ſincopatur fortiter. Et differt inter eam, & congelationem. quia congelatio quando accidit, non mutat diſpoſitionem patientis quando ipſam patitur in ſedendo, aut ſe erigendo, aut iacendo, oculis apertis, aut clauſis. Et corruptio memorię, uel cogitationis quandoqꝫ accidit ſmipliciter: & quandoqꝫ compoſite, quando accidit in ſenibus. Sed ſirſan eſt apoſtema panniculi, & communicat cerebro, & neruis qui ſunt inter ea. Et dicturus ſum de his in morbis panniculi cordis.

Subeth cum uigilia.

B

Præfocatio.

Congelatio.

## CANON. XVI. Ad Tacuinum Decimumſextum, De morbis item Cerebri.

SCOTOMIA & uertigo fiunt ex parte cerebri, aut ex parte alterius. Et uertigo fit penes uiſum in rebus gyrum facientibus. Et fit ex humore incluſo in uenis quæ ſunt circa cerebrum: qui non poteſt diſſolui, & uertiginem infert. Et quando fit ex humore flegmatico incluſo,

C

C inuenit homo in ore ſaporem acidum, uel ſalſum. Et ſi fit a cholerico, inuenit in ore ſaporem amarum. Sed epilepſia, & apoplexia fiunt ex opilatione uentriculorum cerebri prohibente id quod præſentat ad membra ſenſibilia & mobilia uolũtarie. Et pręcedit apoplexiam inflatio grandis, cum obſcuritate uiſus, uertigine radiorum, frigiditate extremitatum, & iectigatione totius corporis. Et penes inſultũ ſtertit cum pectore. Et quanto magis ſterrit, tanto magis fortificatur morbus. Quod ſi ſorbet id quod ponitur in ore liquidum, morbus eſt debilis, et finitur. Dicit autem Hippoc. Apoplexia ſi fortificatur, non ſanabitur: & ſi debilis eſt, nõ eſt leuis curæ. Et epilepſia fit ex cauſſa apoplexiæ ſi eſt debilis. Et fit ex ipſo cerebro. Et præcedit euentum eius dolor capitis, obſcuritas uiſus, malicia ſenſus: & quando accidit, apparet ſpuma in ore. Et fit ex ſtomacho a uaporibus flegmaticis & melancholicis, & præcedit eam conſtrictio ſuper ſtomachum, ſaltus cordis, & punctio: & fortificatur quando tardatur cibi hora, Poſſibileq́ eſt, ꝙ accidat tẽpore inſuleus ſincopis. Et fit ex parte alicuius membri, ut manus, uel pedis, quando aſcendit uapor groſſus de eis. Et ſigna eius habentur. quia ſentit aſcenſum uaporum ante inſultum de membro in quo eſt humor. Et peior ſpecies eſt, quæ fit ex ſpaſmo omnium neruorum corporis, ex repletione uentriculorum cerebri: & peiora erunt accidentia: & poſſibile eſt, ꝙ interfitiat ut apoplexia. Et quãdoq́ in epilenticis tempore inſultus fluit urina, uel ſpuma, uel ſtercus. Et in aliquo fit morſus lingue. Et epilepſia quando accidit poſt curã

D pulm. in pectore, non ſanabitur. Si fit ex parte cerebri, ante ipſam ætatem iuuentutis, & curetur ſicut competit, ſperatur ſanatio eius. Incubus eſt de rebus præcedentibus epilepſiam. Et habetur ſignificatio epilepſię, ſi fumigetur myrrha, aut cornu caprino, aut cum epate caprino aſſo, aut ex comeſtione eius, aut ſi induit pellem caprinam excoriatam ſtatim, uel infuſam in aquam: quia ſtatim cadet, uel apparebũt aquæ ſigna. Et de ſignis eius eſt, citrinitas uenarum quæ ſunt ſub lingua. Vnde quando epilenticus cadit, odoret maioranam, rutam, anetum: & iuuabit eum. Et dicitur, ꝙ curatur epileniticus cum odore piretri: & ſi ſternutatur, cura ipſius ſperat̃. Et melancholia eſt permixtio mentis abſq́ febre: & fit ex congregatione humoris melancholici in rerebro: aut uaporibus melancholicis aſcendentibus a ſtomacho. Et diuerſa ſunt accidentia ipſius. quia pars infirmorum timet mortem cum mala cogitatione eius, & pars multum ridet, aliqui plorant. quia mirabilia & diuerſa accidunt ex uaporibus melancholicis, uel flegmaticis aſcendentibus de ſtomacho & partibus hypocondriorum ad caput. Cuius ſignum eſt, eructatio acida, fumoſa, pauca digeſtio, multum ſputum, dolor intra ſpatulas, & in partibus hypocondriorũ, cum ardore, inflatione, rugitu poſt cibum. Et Ceruff eſt quædam ſpecies melancholiæ, quæ multiplicat ſitim, & infert ulcera tibiarum, & faciei: ut ex morſu canum, caſu, & concuſſione. Et incurabilis eſt iſta ſpecies, & ſuccedit iure hereditario.

Epilepſia. Apoplexia. Incubus. Melancholia. Ceruff.

Amor hereos immenſus macreſcit corpus totum, præter oculos. Et A palpebræ erunt ualde calidæ, paucæ lachrymæ: & pulſus amantis, eſt ut pulſus laborantis anguſtia.

CANON. XVII. Ad Tacuinum Decimum‑ſeptimum, De morbis medullæ Spinalis.

MORBI accidentes in nucha & locis eius, ſunt laxitudo, paraliſis, ſtupor, ſpaſmus, & tremor. Item quando accidit opilatio in uentriculis cerebri, prohibebit motum & ſenſum, uel unum iſtorum, ut ſupra dictum eſt in morbis cerebri. Si accidit opilatio in aliquo latere eius, & mollefiet illud latus proprie in toto cum facie, dicitur paraliſis cum tortura oris ſimul. Si accidit opilatio in origine nuchę, accidit mollificatio in membris alijs prope faciem. Et ſi accidit opilatio in aliqua parte nuchæ, erit mollificatio in membris quæ ſunt in ipſa parte. Et ſi accidit opilatio in origine neruorum qui procedunt ad muſculos faciei, & erit in aliqua parte utriuſq; partis, accidet mollificatio in una parte faciei, eritq; tortura oris. Et fit tortura ex ſpaſmo, & laxitudine ſimul: & mollificantur inde muſculi unius partis faciei, & ſpaſmãtur muſculi alterius partis. Et ſi accidit opilatio in neruis qui pertinent ad epiglotum, exinde accidit defectus uocis. Et ſi fit in muſculo qui pertinet ad muſculos pectoris, fit ſtrictura anhelitus. Et ſi in muſculo qui pertinet ad ueſicam, egredietur urina inuoluntarie. Et ſi fit in muſculo qui pertinet ad aluum, egreditur ſtercus inuoluntarie. Et opilatio fit ex humore groſſo, uel ex apoſtemate, aut deſiccatione membri, unde ſtringitur muſculus, & fit mollificatio in loco eius. Et ſi inciditur neruus de quo procedit per latitudinem, non ſanabitur: & ſi per longitudinem, ſanabitur bene. Etiam fit mollificatio ex errore membri de loco eius articuli, aut ex humiditate uiſcoſa emittetur illud de loco eius. Fit etiam poſt criſim. Et fit ex colica, ex uiolenta expulſione uirtutis. Etiam fit ex cauſa exteriori. ut ex caſu, uel percuſſione. Si fit ex caſu, uel percuſſione, mollificatio ſtatim incurabilis eſt. quia ſignificat ſuper inciſionem nerui procedentis ad illud membrum. Et ſi fit poſt biduum, uel triduum, ſperatur cura ipſius. quia ſignificat, quod eſt ex cauſa apoſtematis accidentis in neruo. Sicut fuit in quodam, de quo locutus eſt Gal. ꝙ ipſe conqueſtus eſt ſe pati dolorem & inflationem in dorſo, & toto medio eius, & curatus eſt per emplaſtra eis ſuperpoſita, & non fuit ſanatus: quare interrogatus fuit ab eis de cauſa cur paſſus eſt hæc: & dixit, ꝙ cecidit de iumento ſuo, & inuenit ſpatulam eius tritã in ſuo caſu: tunc accępit emplaſtra membro applicata, & poſuit ſuper ſpondile eius, et ſanatus eſt. Narrat item de alio, qui cecidit, & poſt triduum mollificati ſunt pedes eius, & eius uox defecit triduo. Et ſuperpoſitis emplaſtris loco caſus, ſanatus eſt. Et ſi tortura fit in una utriuſq; mandibulæ, quando facies inflari uult, inflatio oris egredietur ex una mandibula tortuoſa. Et ſtupor accidit ex cauſa mollificationis ſi

Paraliſis ſpecies.

Tortura oris.

B

Opilationis cauſſa.

Stupor.

C eſt debilis. quia opilatio ſi eſt debilis, aut modica, accidit exinde ſtupor, & ſentit patiens eum, & mouetur. Sed ſi augetur, exinde fit mollificatio cum defectu ſenſus, & motus uoluntarij. Et in pueris ut in pluribus accidit ſpaſmus ex repletione. Et ſignum erit ante aduentũ eius, febris continua, uigilia, tardus anhelitus, color citrinus, nigredo linguę, ſicca ſaliua, & ſpaſmus. Si fit poſt febrem, malus. Et ſi poſt eum febris fit, bonum ſignum & ſalubre erit. Etiam fit ſpaſmus ex humore frigido inſpiſſante partes muſculorum, & eos colligente: & hęc accidit ex forti frigore, & dicitur ſpaſmus congelatiuus. Et dixerunt, ꝙ congelatio fit muſculus congelatus, qui eſt in ſpondili dorſi, uel colli. Et de ſignis eius eſt, rubedo faciei, aut declinatio eius ad rubedinẽ, uel liuiditas, oculi eminentes, et plus uident quam uiderunt ante. Et uidebis patientem quaſi ridentem: & ſonitum dant digiti eius: & quandoqꝫ extenditur, & quandoqꝫ colligitur, cum uigilijs & difficultate mictus, & ſiccitate materiæ: & poſſibile eſt, ꝙ mingat urinam ut ſanguinem. Et in principio huius paſſionis accidit ſingultus, cum dolore capitis, & utriuſqꝫ cubiti: & dubitatur de morte uſqꝫ ad diem quartum: & poſt illum leuis erit cura. Et iectigatio fit ex uentoſitate groſſa, uaporoſa, et gybbus fit ex diſlocatione alicuius ſpondilis declinantis ad anterius, aut poſterius, aut ad latus. Et diuerſæ ſunt cauſſæ eius.

Congelatio.

D Quæ fit ex apoſtemate pectoris in ætate pueriili, mortem dat cito. Et cognoſcitur diſlocatio ſpondilis, per tactum manus ſuper locum.

## CANON. XVIII. Ad Tacuinum Decimumoctauum De morbis Palpebræ.

Oculorum morbi uarij.

MORBVS oculorum aut fit in palpebris, aut in coniunctiua, aut cornea, aut in uena, aut inter corneam & criſtaliinem, aut in angulis, aut in neruo uiſus, aut in muſculo mouente eos, aut in uenis procedentibus a panniculo cerebri ad oculos. Sed morbi palpebræ ſunt ſcabies, pruritus, apoſtema durum, appellatum bared, & petrificatio, inflatio groſſa, groſſicies, adheſio, breuitas palpebrę, appellata conna: & diſcoopertio albedinis oculi. appellata ſarra, ordeaceolum, & morum, tinea, noduli, formica, pediculi, pili inuerſi et extenſi, apoſtema forte humidum, appellatum, nardeug, corroſio cum rubedine, appellata ſulac.

Morbi palpebræ.

Scabies.

Scabies eſt quędam groſſicies accidens in interiori parte palpebræ ſuperioris. Et eſt diuerſarum ſpecierum. Species quædam ipſius eſt minoris groſſiciei, et minoris rubedinis cum dolore et grauedine. Et alia species eſt fortioris groſſiciei, & maioris rubẽdinis & duriciei, ita ut ſcindatur palpebra ut ficus: et dolet magis, et maioris pruritus eſt. Grauedo autem palpebræ eſt maior: et eſt morbus chronicus. Et ſarra ſimiliter

Grauedo palpebræ.

diuerſarum ſpecierum eſt: et una ſpecies eſt, quando eleuatur palpebra, et non poteſt cooperire oculum. Et accidit naturaliter, aut accidentaliter. ſi naturaliter, incurabilis eſt: ſi accidentaliter, poteſt curari. Oculo autem ſunt alia quædam accidentia adiacentia. ſicut lacerti, & palpebrę. Lacerti autẽ, ſiue muſculi, ad oculũ ſunt uenĩetes, ut eum moueant ſurſum, deorſum, et ſiniſtrorſum, & lateraliter. Et ſunt ſex: quorum capita ſunt in coniunctiua. Palpebræ autem creatæ ſunt, ut defendant oculum a nocumentis uenientibus ab extra: et ut æquent lumen eius nigredine pilorum. Palpebra inferior non mouetur, ſed ſuperior. Et habet tres muſculos ſe mouentes, duos ad claudendum. quia per unum non poteſt æqualiter claudi, & unum ad aperiendum: & eſt ſituatus in medio palpebræ. Supercilia uero licet ſint ad decorem faciei, iuuant tamen etiam oculos ad clauſionem, et ęquationem luminis ſui. A

Lacerti oculorum.

Palpebræ.

Quandoq; accidit conſolidatio mnltis hominibus, ita ut conſolidetur palpebra ſuperior cum albedine oculi, & prohibeat ipſum ab operationibus ſuis naturalibus. Oportet ergo quod intromittas extremitatem radij ſub palpebra, et eleues eam ſurſum: aut extendas eum cum uncino: deinde incide adhærentiam cum ſpatumili ſubtili: quod non ſit cum acuitate inciſionis ſpatumilium, imo ſit obtuſum parumper: ut nõ inquietetur infirmus apud operationem, & remoueatur ſpatumile, & lædat oculum cum acuitate ſua: & ſit inciſio tua quaſi tu excories illam adhærentiam cũ facilitate, donec quando redit palpebra ſecundum formam ſuam naturaralem, & ſanetur adhærentia tota. Funde tunc in oculum aquam ſalſam, cum aqua ablue ipſum: aut diſtilla in ipſum ex ſief facto, ex ziniar diſſoluto cum aqua. Deinde ſepara inter palpebram & oculum cum licinio lini: & pone ſuper oculum lanam infuſam cum albugine oui: & poſt diẽ tertium utere ſief, & cum ſolidatiuis, donec ſanetur. B

Ex Albucaſis lib. 2. cap. 15.

## CANON. XIX. ad Tacuinum Deciimumnonum, De morbis item palpebræ.

PILI INVERSI quando multiplicantur, & nõ iuuāt in eis cura, eleuatio eſt melior alijs medicinis. Iaceat patiens ſuper dorſum, & inuerſentur palpebræ ipſius, & ſcindantur inſtrumento camadin de medio maioris anguli uſq; ad terminum minoris anguli ſub pilis additis: & non profundetur fiſſura, ſed peracto pili erunt labentes ad exterius. Deinde claudantur palpebrę, & ligentur ſuper pellem quæ eſt in ſuperficie palpebrę cum acu & filo in tribus locis per lineam rectam: et præcipe, quod teneantur fila, et extendatur palpebra cum eis ſuperius, prout uidebiť opportunũ, quod leuentur pili ſuper oculũ. Cum æqualitate ỹo fiat inciſio multa: ne fiat in oculo ſarra. Deinde pellis eleuata cũ filis incidatur forpice. Deinde colligant̃ duę extræmitates fiſſuræ pellis, aut ſuatur cum ſutura duorũ nodorũ, aut triũ in pluribus locis, & continuentur extremitates pellis. Deinde ſuperponatur ei puluis citrinus, et dormiat patiens. Poſt ponatur in ea ſaliua maſticationis cimini, cum modico ſale.

C Et die tertio ſcindantur fila forpice, et extrahantur, & curetur locus unguento conſolidatiuo. Et curentur pili additi. Si ſint tres, uel quatuor, eligatur filium ternum, uel capillus mulieris duplicatus, ita quod cum uno filo, & una extractione ipſius plures pili extrahantur ſine reuerſione: & communiter inmiſcẽtur pili cum maſtice, & extrahunẽ ſine querimonia.

## CANON. XX. ad Tacuinum Viceſimum de morbis Coniunctiuæ.

Obthalmia.

Coniunctiva eſt albedo oculi coniuncta cum cornea. Et morbi eius ſunt plures. Obthalmia eſt apoſtema calidũ, accidens in cõiunctiua: & accidit tribus modis. Aut enim ex cauſſa exteriori, ut ex feruido calore ſolis, uel puluere: et ex eo fit rubedo oculi abſque apoſtemate, lachryma, & ardor modicus. Aut ex cauſſa extrinſeca exiccãte humorẽ intrinſecũ, et cal. et defluit de cerebro, et rubedo eius erit fortior cũ dolore, duricie, lachrymis multis, & repletione uenarũ cõiunctiuę. Aut fit a cauſſa intrinſeca: et apoſtema eius erit fortioris rubedinis, ita q̃d ex apoſtemate ipſius ambę palpebrę inuerſanẽ ad exterius, & eleuabitur nigredo oculi ſuper nigredinem.

Inflatio.

Inflatio fit quatuor modis. Vna fit ſubito: & color eius eſt albus: & ante eam accidit dolor in angulo, ut

D morſus cimicis & muſcæ. Secunda eſt fortior: & quando conprimitur digito, profundatur locus eius, & remanet ueſtigiũ eius per horam. Et tertia fortior eſt ſecunda: & in illa profundatur locus eius quando conprimitur, attamen non manet ueſtigium ipſius: & color eius eſt ut naturalis color: caret dolore. Et quarta fortior eſt tertia: et poſſibile eſt, ut extendatur ad utrũq; latus, & ad genas: & erit dura, et liuida: & non profundatur in ea digitus premens ſuper eam: et caret dolore: et ut plus accidit hæc ex morbillis et obthalmia chronica: proprieq; fit in hyeme.

## CANON. XXI. ad Tacuinum uiceſimumprimum De morbis Corneæ.

Morbi Cornee ſunt plures. Eius ulcera fiunt aut in ſuperfitie corneæ, aut profundo eius. Quę ſunt in ſuperficie, quatuor modis fiunt.

Vlcera in ſuperficie.

Vnum ulcus ſimile in calore fumi incipientis de nigredine oculi per locum multum. Secundum eſt magis rubeum alio, et profundius, ſed minus. Tertium fit ſuper nigredinem, et tendit parum ſuper albedinem: et pars eius quæ eſt ſuper nigredinem, habet colorem album: et quę eſt ſuper albedinem, colorem rubeum. Quartum fit in ſuperficie corneæ ramoſum.

Vlcera concaua.

Et concaua ulcera fiunt tribus modis. Vnum ulcus eſt profundum, & ſtrictum, ſimile grano panaci. Secundũ ulcus eſt infectum, multi corticis, & profundum: et quando perforatur, emanant humiditates oculi ex corroſione accidente in cumcis. Sed puſtulæ diuerſæ ſunt, in colore loci, dolore, & fine: & erunt nigræ, albæ, & mediocres in colore. Et quæ ſunt nigrę, erunt poſt corticem primum corneæ, & ille cortex di-

citur facilior, & componitur ex quatuor corticibus. Et albæ erunt poſt primum & tertium corticem eius: & illa dicitur difficilior. Et quę ſunt coloris mediocris, erunt poſt corticem ſecundum, quę dicitur mediocris inter difficilientem & facilientem. Sed in loco ſi ſint ſeparatę a foramine, ſalubriores erũt: & ſi ſunt ſuper ſubſtantiam foraminis, erunt difficiliores. Et ſimiliter ſi poſt primum corticem, erunt ſalubriores: et ſi poſt tertium, difficiliores. Sed in dolore, ſi dolor fortior, difficilior erit cura: ſi lenior, ſalubrior. In fine quę erunt ſalubres, habebunt dolorem modicum, & erũt ſeparatæ a foramine, & poſt corticem primum, & de materia modica: ſed quę difficilis finis, erũt ex multa materia, et cum acuitate, et poſt corticem tertium ſuper ſubſtantiam foraminis pupillę: et dolor eius inducit cęcitatem. Eminentia fit quatuor modis. Vna eminentia eſt, quando eminet modica pars uueę: & dicitur caput formicæ: & æſtimabit eam uidens, quod ſit puſtula: & differunt inter eas, quia eminentia eſt in uuea. Et ſi oculus eſt niger, glaucus, uel columbinus, erit in colore ipſius: & puſtula radicaliter eſt alba, cum rubedine, & pulſatione in oculo. Et ſpecies alia eminentiæ ſimilis eſt uueę: & dicitur uelamen. Et tertia eleuatur uſq; ad pilos palpebræ. Et quarta appellatur caput claui. quia eſt ei ſimilis. Et hæc fit quando adhæret aliqua pars corneæ. Et differt inter ueſtigium, & albedinem. quia albedo fit ex puſtulis quæ fiunt in profundo corneæ: ſed ueſtigium fit ex puſtulis quæ fiunt in ſuperficie corneæ.

A

Eminentia.

B

CANON. XXII. ad Tacuinum Viceſimumſecundum de morbis Corneæ & Vueæ. &c.

MORBI anguli ſunt. 3. fiſtula, quę dicit̃ grab, manatio, & glandula. Et morbi uueæ ſunt ſtrictura foraminis, & eius amplitudo. Et morbi accidentes inter corneam, & humiditatem criſtallinam, ſunt aqua, et uapores aſcendentes a ſtomacho. Et color aquæ ſi eſt ut color æris, conuenit ei cura cum ferro. Et ſi eſt ut color nitri, poteſt etiam curari cum ferro. Fit etiam in colore albo, rubeo, aureo, uiridi, blauo, & nigro. Etiam aſſimilatur argento uiuo, in ſuo motu. Debet autem curari cum inſtrumento. Supponere debes manum alicui duorum oculorum: et ſi uides alium oculum in ſuo foramine ampliari, cõuenit ipſi curę. Sin autem non, erigatur patiens in ſole, et præcipiatur ei, quod in te reſpiciat bene: et ſuperpone pollicem palpebræ ſuperiori, & commoueas eam ſuper oculum: deinde dimitte oculum, & cito aperiat̃: & inſpice. Et ſi moueatur quãdo ſeparati ſunt pollices ab oculis, diſpergitur, nec conueniet curæ inſtrumẽti. Et ſi remanet collecta, & nõ diſpergit̃ aqua: tunc perficitur, et conueniet. Et ſi aqua eſt fortis groſſitudinis, uel uiſcoſa, uel ſubtilis, nõ debet curari cũ inſtrumento. Et diuerſimode locuti ſunt medici de loco in quo generat̃ iſta aqua.

C Quidam dixerunt, quod generatur de tunica corneæ, & uueæ: quidam, quod generetur inter uueam & criſtallinam. Primi allegant, quod aqua fit cum amplitudine, & non manifeſtatur de uuea niſi modicum: & impoſſibile eſt, quod amplietur foramen in tanta ultimitate, quod curetur inſtrumento, & reuertatur tunica prout erat. Dicunt item, quod ſi ſequeretur uueam, iam manaret humiditas albuginea ex fiſſura inſtrumenti. Et allegant alij: ꝙ ſi ſic eſſet, quare ſuſpenditur aqua cum uuea penes curam inſtrumenti? Et reprobant primi, quod impoſſibile ſit, quod amplietur foramen in cura inſtrumenti, & ſuſpendatur aqua cum uuea. Et allegant alij, quod ſi eſſet aqua inter uueam & corneã, uideretur inſtrumentum ſub cornea: quia eſt tunica ſub qua uidetur id quod ibi eſt: quia uideretur in colore tunicæ quæ eſt poſt eam. Et nos non uidimus inſtrumentum penes pupillam. Et excuſarunt ſe in dicto priorum, dicentes. Si hoc eſſet, & ſi rumpatur uuea, iam manaret humiditas albuginea: ſed ipſa eſt in pañiculo ſubtili, qui prohibet eius manationem. In eo quoqꝫ quod dixit Gal. quod ipſa ſit de criſtallina & cornea, ſignatur, quod credit, q̃d hæc poteſt fieri inter corneam & uueam, uel inter uueam & criſtallinam. Quod ſi creditur, quod ſit de cornea & uuea, proprie dicit, abſqꝫ criſtallina: ſed poſſibile eſt apud eum, quod ipſa poteſt fieri in utroqꝫ loco: ideo caput acutum inſtrumenti, appellati mahac, nõ debet eſſe ualde acutum; ne ſcindat panniculum ſubtilem ſuper albugineam.

D CANON. XXII. ad Tacuinum Viceſimumſecundum, De morbis neruorum Viſus, & doloribus Aurium.

MORBI neruorum Viſus ſunt, opilatio, ſabtara, gehar, & ſeparatio continuitatis. Fit autem opilatio, Aut ex multa humiditate generata circa neruos, ad infeſtandum eos, ex qua deficit uiſus, aut minoratur. Et ſignum eius eſt, ponderoſitas capitis, præcipue in profundo oculorum. Aut fit ex humore manante ad inferiora neruorum: & homo imaginatur in principio eius, uidere radios, muſcas, capillos abſqꝫ læſione apparente in oculo de ſignis aquæ: & ſi clauditur unus oculus, & non ampliatur alius, illud dicit̃ mala opilatio. quod non penetrat aliqua pars uiſus ad oculum alium. Et ſeparatio continuitatis fit ex caſu, uel percuſſione, accidentibus ſuper caput: aut ex uomitu forti. Et ſignum eius eſt, eminentia oculi in principio: deinde non fit concauus, nec contabeſcens: & deficit uiſus, uel minoratur. Et Sabtara fit ex groſſicie ipſius ſpiritus animalis & turbedine humorum. Etiam Gehar fit ex paruitate ſpiritus uitalis, & extenſione muſculi oculum mouentis: & quando ſpaſmatur aliqua pars ipſius, declinat oculus ad illam partem: et quando mollificat̃, declinat oculus ad partem contrariam: & muſculus defendens radicem neruorum, quod non amplietur & ſeparetur quando ſpaſmetur, non lædit oculum: tamen ſi mollificatur, lædit eum. quia hoc fit ex materia manante ad neruos & muſculum. Et poſſibile eſt, quod hoc fiat in uenis pro

Opilatio uiſus.

Separatio cõtinuitatis.

Sabtara.

Gehar.

cedentibus in oculos in craneo capitis, unde fit manatio humiditatis de capite ad oculos. A

Morborum accidentiũ in aure, quidam accidunt cõmuniter in omnibus membris auditus: quidam appropriantur parti membrorum ipſius. Qui accidunt communiter, ſunt mala complexio, apoſtemata, ſeparatio continuitatis: et morbi accidentes in fundo aurium. ut ſunt ſigna dicenda in dolore exiſtente in craneo capitis, in parte pertinente ad fundum aurium. Et aliqua ipſorum ſignorum erunt extra foramen, & ſunt manifeſta ſenſui: & præcedit hæc caſus, uel percuſſio. Et morbus qui fit ex cauſa interiori, non manifeſtatur niſi ex læſione accidente auditui. Et morbus qui fit in foramine auditus, aut eſt ulcus, aut caro addita, aut ex uerme generato ibi, aut ſordicies, aut caſus alicuius lapidis uel grani in eam, uel ingreſſus aquæ ex natatione, uel infuſione capitis cum aqua: uel animalis ingreſſus, uelut muſcę, uermis, & ſimiliũ, aut uentoſitatis. Vnde quando huiuſmodi morbi ſunt fortes, inducunt debilitatem auditus. Et morbi qui ſunt in inſtrumẽtis auditus, & neruis eius, ſunt tinnitus, ſonitus, et uox mentiens, grauis auditus, ſurditas: quorum in tabula dicentur cauſæ & ſigna.

## CANON. XXIIII. Ad Tacuinum Viceſimum quartum, De morbis Aurium, & Narium.

OPILATIO ſi fit ex uermibus generatis ex humiditate corrupta, ſignum ipſorum habetur per motum, & tremorem exiſtentem in aure: & poſſibile eſt, ꝙ aliqua pars ipſorum foras egrediatur. Et ſi fit ex uerruca, uel carne addita, uel ſordicie generata ex ſuperfluitate materiæ, ſignum eſt, ꝙ uidetur inſpiciendo aurẽ in ſole. Et ſimiliter uidet id quod cadit in aurem. Et aqua ſignum habetur per balneationem præcedentẽ. Et animalis ingredientis aurem, ſignum habetur per motum ipſius. B

Opilatio aurium ex uermibus.

Morborum autem Odoratus quidam accidit in naribus, & in panniculo induto interius. Et quidã in inſtrumẽto primo inſtrumentorũ odoratus, quæ ſimilia ſunt additamentis mammillarum. Et morbi accidentes in quolibet loco hm̃oi membrorum, fiunt aut ex mala complexione, aut ſeparatione continuitatis, aut ex morbo officiali. Et morbus officialis eſt, ut caro addita in naribus, quæ dicitur polipus, qui obturat nares cum pedibus. Sed fœtor narium fit ex putrefactione oſſis colatorij: uel ex humore inuiſcato in foramine eius: aut ex humore putrido. Et illud ſequitur febris & ſoda. Et ſi humor putridus eſt in oſſibus putrefactis, illud ſequitur minoratio uocis. Et ſunt morbi accidentes in utroq; inſtrumento odoratus. ut ſunt coriza, et defectus odoratus.

Odoratus morbi.

Polipus.

D

C

## CANON .XXV. Ad Tacuinum Viceſimum quintum, De morbis Odoratus, & Linguæ.

Coriza. MORBI accidentes in inſtrumẽto Odoratus, ſunt coriza, & defectus odoratus. Coriza eſt ex humiditatibus de uentricule cerebri deſcendentibus ad nares. Et fit uel a cauſa calida, uel frigida. Quæ fit ex caliditate, erit ut illud quod accidit ex calore ſolis, in capite liquefaciente ſuperfluitates quæ ſunt in cerebro. Et quæ fit ex frigiditate, eſt illa quæ fit ex äere frigido inducente ſuperfluitates quæ diſſoluebantur a cerebro. Et Chaſam eſt defectus odoratus: & fit a mala cõplexione incenſa, aut opilatione, aut apoſtemate, aüt ex humore groſſo, uiſcoſo, aut ſeparatione cõtinuitatis. Et ſi paſſio eſt modica, diminuit odoratũ: ſi multa, deficit in toto. Et dum loquimur de naribus, eſt morbus in oſſe colatorio. Et ſi loquela non eſt impedita, uitium eſt in utroq; uentriculo, anterioris inſtrumentorum odoratus, aut in panniculo induto eis interius.

Chaſam.

Guſtus & linguæ morbi. Morborum quidem linguæ & locorũ oris, quidam ſunt linguæ accidentes: & quidã in parte neruí eius. Et qui accidunt in lingua, ſunt puſtulæ: & dicuntur cola: & apoſtema calidũ, apoſtema ſimile glandulæ, quæ dicitur ranula: & corruptio guſtus, qui mutatur ad amaritudinẽ: & hoc fit ex cholera rubea: uel ad dulcedinẽ, & hoc fit a ſanguine: uel ad acidũ, & hoc fit a flegmate acido: uel ad ſalſedinem, & hoc fit a flegmate ſalſo. Et quidam accidunt neruo ex quo fit ſenſus guſtus: & ex hoc fit diminutio guſtus. Vel eſt defectus in toto, uel in parte. Et quidam accidunt in neruo ex quo fit loquela: & ſunt grauedo linguæ, & ſurditas. Et hoc fit ex mala cõplexione dominante in neruo: uel ex opilatione accidente in eo, aut apoſtemate, aut infeſtatione. Et ſeparatio continuitatis neruorũ fit ex humore acuto, uel percuſſione, uel caſu ſuper cerebrum. Et fit grauedo linguæ poſt morbum acutum & ſirſam.

D

## CANON .XXVI. Ad Tacuinum Viceſimumſextum, De morbis Labiorum, Oris & Dentium.

Oris morbi. MORBORVM accidentium in Ore, quidam accidunt in labijs, ut fiſſura, & hemorroidę. Et quidam accidunt denribus, ut dolor ipſorũ: quę fit, aut a calore, aut frigore: corroſio, cauatio, ſtupor, motus, & caſus. Et dentes in ſe non dolent, nec tamen carent ſenſu. Et habetur ſignificatio huius. quia ſi frangatur dens in aliqua parte ipſius, inde non fit dolor: & ſi infrigidetur, non dolet. Quare dolor accidit a mala complexione neruorum ligantium dentes, qui ſunt in radicibus ipſorũ, aut apoſtemate in locis prędictis: eſtimaturq;, ꝙ dolor ſit in eis. Et ſi mitigatur dolor apud eradicationẽ, hoc fit ex dilatatione neruorũ, uel apoſtematis. quia quando ſtringit̃ locus eius, extenditur, & dolet: & quando ampliatur locus, mitigatur dolor. Et quando medicina tangit locum dolentẽ, mitigatur tunc dolor, ob tactum ipſius. Et dicitur, ꝙ dolor dentium fit ex dilatatione, & cõſtrictione. Et intelligi poteſt, ut dixi. Et ſi or-

Dentiũ dolor

tus dentium in pueris fit tardus, fricentur gingiuæ cerebro leporis, aut medulla lacertæ. quia iuuat ad producendum ſine dolore: ſimiliter ſuſpenſio dentis lupi, uel canis. A

CANON .XXVII. Ad Tacuinum Vicemumſeptimum De morbis Dentium, Gingiuarum, Vuulæ.

CASVS Dentium, uel commotio ipſorum ſunt ex humiditate gingiuarum, & neruorum tenentium eos, uel putrefactione gingiuarum, uel amplitudine foraminum in quibus ſunt. Et amplitudo foraminum fit ex opportunitate ortus aliorũ dentium fortiorũ eis, ut accidit infantibus: & ex opportunitate ortus aliorũ dentium, ſicut fit in iuuenibus. Et hæc amplitudo foraminum fit neceſſario ampla, ut in eis locari poſſint dentes maiores primis, & fortiores. Sed ex ſiccitate fit, ut accidit in ſenibus, caſus ipſorum dentium. Et dicitur, ꝙ in quodam ſene cecidit dens, & ortus eſt alius: quod incredibile alijs. Et dixit mihi quidam fidelis, ꝙ uiderat uetulam, cuius dentes ceciderunt, & ortus fuit dens in c , eius nouus. Et hoc nõ uidetur impoſſibile, per Philoſophum dicentem, ꝙ poteſt oriri dens in ſenectute: ut uiſum eſt multotiens. Etiam putrefactio gingiuarum, commotio dentium, & caſus ipſorũ, malum fœtoris oris, caro addita inter dentes, exitus ſanguinis de gingiuis, uel toto ore, dicuntur de morbis oris: & ipſorũ ſigna ſunt ſimilia. Apoſtema accidit in gingiuis ex cholera rubea. Et morbi Vuularum ſunt, mollificatio, caſus, & apoſtema calidum ipſarũ. Et quando ſubtilis fit radix Vuulę, fit rotundum caput eius, & prolongatur apoſtema caſus eius, & non conferunt medicinę: incidi aũt debet, ne inducat ſquinantiam. Et ſi eſt rotunda, et radix eius nõ eſt ſubtilis, neqꝫ longa, et color eius fit ut color ſanguinis nigri, non debet incidi. quia ex inciſione eius fit apoſtema magnũ, & fluxus ſanguinis inceſſabilis, & incurabilis, & ſequit̃ mors. Si eſt ſubtilis radicis, & longa, & extramitates eius ſunt ſimiles caudis muris, & mollificante colore eius declinante ad albedinẽ, incidi debet pars addita contra modum naturalem. quia ſi inciditur cõtra quantitatẽ conuenientem, inciſio inducet nocumenta magna et diuerſa, ſecundum diuerſos occaſus materię deſcendentis ad pectoralia. Cui faciendum eſt medicamen tempore neceſſitatis cum cautela.

Caſus dentium.

B

Vuularum morbi.

CANON .XXVIII. Ad Tacuinum Viceſimumoctauum, De morbis Gutturis, Epigloti, Pulmonis, & Cannalium ipſius.

MORBORVM accidentium in membris anhelitus, quidam accidunt in gutture, uel in gula, uel in cannali pulmonis, uel in uelamine induto ſuper coſtas, uel in diafragmate, uel in corde. Et morborũ ingula accidentium quidã ſunt in glandulis, quæ dicuntur amig, quæ generant ſaliuam: quorũ locus eſt in utroqꝫ latere gulę: et quidam in muſculo eius, & quidam in uelamine induto ſuper eum: & quidã in meatu eius. Et qui

Morbi anhelitus.

Gulæ.

C accidunt in glandulis, ſunt apoſtemata calida. Cuius ſignum eſt, dolor ſtrangulans gulam penes glutitum, & rubedo in exteriori parte gulæ. Et qui accidunt in muſculo, ſunt ſquinantia, apoſtema in muſculo gulæ, aut hyſophago. Et qui accidit in muſculo interiori, prohibet deglutitum: & malum erit: & ſi fit in muſculo exteriori, erit minoris malicię. Et iſtud ſequitur difficultas anhelitus, eius eiectio, diminutio uocis, dolor gutturis, rubedo oculorum & faciei, extenſio difficilis deglutitus, concauitas oculorum. Squinantia eſt apoſtema calidum: accidens in muſculo gutturis. Si in muſculo exteriori, ſalubris: ſi in interiori, dicitur ſquinantia canina: & illa ſpecies incurabilis eſt. Et ſi fit ex uitio ſpondilium, quod fit et accidit in plurimum infantibus, ex debilitate ligamenti ſpondilium, uel percuſſione. Et ſigna unius ſquinantiæ ſunt ſicut alterius: tamen unius fortiora alijs, & difficilis deglutitus. Et quando infeſtatur id quod deglutitur, aſcendit ad partes palati, & egreditur de naribus, ex opilatione hyſophagi. Et in ſalua ſquinantia apparet apoſtema in ore, quando os aperitur, aut in parte exteriori gulæ: ſed in mala nihil apparens erit. Et qui accidunt in meatu ipſius, fiunt de ſanguiſuga bibita cum aqua, & obtenta gula, uel ſpina piſcis, uel alterius rei. Et qui accidunt in uelamine gulæ, & gutturis, et cannalis pulmonis, ſunt reumata: quæ ſunt quędam deſcenſiones ſuperfluitatum humidarum de cerebro. Et ſi deſcendunt hæ ſuperfluitates ad nares, dicuntur coriza: ſi ad guttur, & cannalem pulmonis, inducunt raucitatem, & tuſſim: & ſi ad pulmonem & pectus, erit materia tuſſis mala & difficilis. Et fiunt aut ex caliditate, aut frigiditate. Accidentia caliditatis, ſunt inflammatio faciei & capitis, acuitas illius quod manabit de naribus cum aſperitate gutturis. Sed in accidentibus a frigiditate, patietur patiens frigiditatem, & opilationem narium, et diminuitur odoratus, uel deficiet, uel diminuetur uox: & in raucitate ſentietur aſperitas gutturis cum punctione, abſq; turbatione, & fit tuſſis cum ſiccitate abſq; reumate ex caliditate febrium, uel frigiditate aeris ſeptentrionalis: & cum ea non erit ſputum, ſed ſicca erit. Et hoc fit etiam ex humiditate gutturis, & cannalis pulmonis: & inde uox erit clara, & carebit aſperitate. Fit etiam tuſſis & raucitas ex cauſa exteriori. ut ex puluere, fumo, & uoce magna. Et reuma non poteſt digeri in ſenibus cum uelocitate. Morbi accidentes in pulmone, ſunt tuſſis fortis, aſthma, ſtrictura anhelitus, & eiectio eius. Peripleumonia eſt apoſtema calidũ pulmonis cum ſputo ſanguinis, uel ſaniei: & illud ſequitur ptiſis. Et tuſſis ex pulmone fit aut ex deſcenſu alicuius humiditatis de capite, aut ex mala complexione: & ſuperfluitas, aut erit tacita, ſubtilis: quæ eſt peior, licet ſpuatur: aut groſſa, aut calida. Super quæ habetur ſignificatio per caliditatem anhelitus, ſitim, deiectionem aeris frigidi, rubedinem faciei: & poſſibile eſt, ꝙ quandoq; erit ſputum. Et ſi eſt frigida, habetur ſignificatio ſuper eam per humiditatem faciei, modicam ſitim, nocumentũ ex rebus frigidis, & aere frigido: iuuamentum per balneum, & aerem calidum.

Squinantia.

Reumata.

D

Tuſſis.

Pulmonis morbi.

Peripleumonia.

Et ſtrictura anhelitus aſthma, & eiectio anhelitus, erunt ex ſtrictura meatuum pulmonis: & ſi ſtrictura eſt in uenis pulſatilibus, erit aſthma: et ſi fit in diuerſione cannalis, exinde eiectio erit anhelitus, & eius ſtrictura. Et habetur ſignificatio ſuper hoc, per frequentem anhelitũ abſq; febre, qua ſi laboraret patiens magno labore, & magno anhelitu. Et fortificatur patiens per dormitionem, et alleuiatur penes ſui eiectionem. Emiſſio anhelitus erit delectabilior ea inmiſſione: & fit exinde tuſſis cum commotione: & ſi eſt abſq; tuſſi, poſſibile eſt ut declinet ad hydropiſim, ex caliditate & multitudine uaporũ cordis. Et fortificat[illegible] exinde ſitis: & patiens magis declinabit ad immiſſionem aëris frig[illegible] [illegible]uam emiſſ[illegible]onem aëris eius. Peripleumonia eſt quoddam apoſ[illegible]ma pulmonis ex ſanguine, uel cholera rubea. Et ex ea accidi[illegible] [illegible] fortis cũ tuſſi, ſtrictura anhelitus, et dolore in anter[illegible] [illegible] pectoris, cum rubedine genarum, et [illegible]rũ. Peripleumonia.

## CANON. XXIX. Ad Tacuin[illegible] Vi[illegible] mumnonum, De Sputo ſanguinis, & ſaniei, morbis paniculi, cerebri, diafragmatis, & cordis.

SPVTVM ſanguinis aut fit de cannali pulmonis, aut de pectore, aut de ore ſtomachi, aut de fundo ipſius, aut de capite, aut de gula, aut de gutture, aut de hyſophago, uel de ore. Si de pulmone, erit cum tuſſi forti, & egreditur ſubito abſq; dolore in magna quantitate, in colore rubeo, cũ ſpuma. Et ſi de pectore, erit cum tuſſi forti ſimiliter, tamen in parua quantitate, quaſi ſimile ſanguiſugæ: & ſequuntur iſtud reumata, & pectus erit ſtrictum. Si eſt de ore ſtomachi, erit cum eo dolor in ore ſtomachi. Si de fundo ſtomachi, egredietur cum uomitu & dolore leui. Et ſi de capite, cũ raſcatione. Si de gutture, cũ hinitu. Si de hyſophago, dolor erit inter ſpatulas. Si de ore, egreſſus eius erit cum alio ſputo conſueto. Et fit ſputũ ſanguis exterius. ut ex percuſſione, uel caſu, uel magna uoce, uel ſaltu, ex quo rumpitur aliqua uena. Et huius ſignum habetur per egreſſum multi ſanguis ſubito. Vel interius: ut ex corroſione uenarũ, accidente ex reumate acuto, uel cholerico, uel phlegmatico, ſalſo. Et huius ſignum habetur, quod parũ primo egredit̃, deinde in multa quantitate: uel de repletione uenarũ, uel cum dominatione complexionis calidæ & hum. uel complexionis malę & ſiccæ, quæ condenſat uenas ualde, & eas reſtringit: unde pars ipſarũ eminebit ſuper partẽ, & aperiunt̃. ſicut accidit luto quando ſiccatur. Sed ſputum ſaniei fit aut ex apoſtemate cal. accidente in pulmone, uel pectore, uel poſt ſputum ſanguinis, uel in panniculo induto ſuper coſtas, uel diafragmate. Et quod fiit ex apoſtemate horum locorum, declinabit ad colligendũ ſaniẽ: et febris et rigor accidẽt in laborante eo penes generationem ſaniei: & de ipſo tempore expectatur eius emanatio. Sed diuerſa fit uelocitas eius, et tarditas, iuxta caliditatem materiæ, et frigiditatem, groſſiciem, & ſubtilita-

Origo Sputi ſanguinis. B

Sputũ ſaniei.

C tem eius: Et ſi eſt cal. et ſubtilis emanatio, erit in die ſeptimo, numerando a die rigoris & febris. Et ſi ſit ex complexione cal. & patiens eſt iuuenis, ſignificatio habetur exinde, quod emanatio erit in ſeptimo. Et ſi materia eſt groſſæ ſubſtantiæ et acuta, emanatio erit in die uiceſimo. Quod ſi materia eſt groſſa, & modicæ caliditatis, erit in die quadrageſimo. Et ſi materia eſt groſſę emanationis, fortificabitur febris ponderoſitas & rigor. qm̄ exquo generatur ſanies in aliquo apoſtemate, erit ponderoſitas cum eo in latere paſſionis: & quando iacebit ſuper latus ſanum, ſentiet rem ponderoſam eſſe ſuſpenſam in latere ſuperiori. Et ſi apoſtema fuerit in medio pectoris, dolor & ponderoſitas erūt fortiores in parte anteriori pectoris. Et ſi ſit apoſtema in utroq; latere pectoris, ſentietur dolor in eis. Et ſi ſuper aliquod latus iaceat, ſentiet ponderoſitatem in ſuperiori latere, uel lacerto. Et emanabit ſanies quandoq; ad ſuperius, & aſcendet per ſputum & tuſſim: & quandoq; ad inferius, & tendet ad epar per uenam concauam: deinde ad inteſtina, uel renes. Et laborantes hac paſſione, ſi ſpuunt uelociter ante quadrageſimum diem de die in qua emanauit apoſtema, non patieť ptiſim: quod ſi non, generatur ſanies in quadrageſimo, et declinabit patiens ad ptiſim. Et ptiſis hęreditarie ſuccedit. Et morbi accidentes in panniculo induto ſuper coſtas, ſunt ſpecies apoſtematum & exiturarum. Et quandoq; accidit in eo apoſtema cal. & dicitur pleuriſis. Et ſi accidit in muſculo, apoſtema dicitur dolor lateris. Si in pleuriſi ſit ſputū in principio eius, paſſio erit ſalubris, & breuis. Si ſit ſputum in quarto, erit criſis in .7. uel. 11. uel ad plus in. 14. Et ſi tardat ſputum ad ſeptimum diem, tardabit criſis ad. 20. diem. Et habetur ſignificatio ſuper colorem ſputi ſuper modum apoſtematis. Nam ſi rubeum, eſt ſanguineum: ſi citrinū, cholericum: ſi album, phlegmaticum: ſi nigrū, uel liuidū, melancholicū. Et parum ſit apoſtema in muſculo, in melācholico, uel phlegmatico: aut non ſit ſputum, & dolor pungens. Et morbi Diafragmatis ſunt, mala complexio, & apoſtemata. ſicut ſunt birſam. Et morbi Cordis ſunt etiā ei proprij, uel cōmunes & alijs. Qui ſunt proprij, ſunt dolor, & ſaltus: & qui ſunt cōmunes, ut ſincopis. Et dolor ſit ex mala complexione, uel apoſtemate, uel ſolutione continuitatis: ut ex uulnere in quo non ſanabitur, ſed morietur cito. Sed mala complexio, ſincopis, & ſaltus, curabiles ſunt: tamen apoſtemata, & uulnera ex ueloci periculo ipſorum non recipiunt medicinam, nec curam.

Pleuriſis. D

Morbi diafragmatis.

Morbi Cordis.

### CANON. XXX. Ad Tacuinum Triceſimum, De morbis Cordis.

MALA COMPLEXIO cordis aut eſt calida, aut frigida, aut humida, aut ſicca. Saltus aut ſit ex humiditate aquoſa, aut ſanguinea. Sicut fuit in illo de quo locutus eſt Gal. cui contingebat iectigatio quolibet anno: & curabatur in quolibet anno cum minutione tribus annis: & in quarto anno minutus fuerat ante tempus euentus ei=

us, & ſanabitur, & minuebat quolibet anno ante tempus eius aduentus, A
& ſanatus eſt perfecte. Sincopis eſt diſſolutio uirtutis uitalis ſubitanea. Sincopis.
Et fit ex repletione uenarum de humoribus, aut ſtomachi de cibo. Aut
ex repletione cerebri, aut apoplexia. Aut ex inanitione intenſa, ut flu-
xu uentris, ſanguinis, fluxu ex naribus, matricis, uulneris, uel manatione
ſaniei ex apoſtemate, uel ſputo ſanguinis forti, uel priuatione cibi & po-
rus: uel complexione mala calida, ut in febribus: uel ex frigiditate ſtoma-
chi, cum qua deficit appetitus cibi: aut ex forti dolori oris ſtomachi, &
colicæ, & dolore ulceris articulorum, & uulnerum capitis muſculorum:
aut ex putrefactione matricis ex uaporibus frigidis tendentibus de ma-
trice ad cor: aut ex morbo accidente in corde: & hic ſequitur mors ſubi-
to. Et ſincopis accidens in paroxiſmo febrium. Fit etiam ex cauſſa dolo-
ris accidentis ex caliditate, aut ex manatione humoris putridi ad ſtoma-
chum: apoſtemate febricitantis, accidente in aliquo membro: aut debili-
tatione oris ſtomachi. Fit etiam ſincopis ex accidentibus animi, ut terro-
re, & impetu. Et ſigna cōmunia ſincopis ſunt, frigiditas extremitatum, de-
bilis anhelitus, & paruus, color citrinus: & ſi uocatur laborans ſincopi,
non reſpondet, quaſi eſſet longe a clamatione.

## CANON .XXXI. ad Tacuinum Triceſimumprimum
## De morbis hyſophagi, & ſtomachi.

MORBORVM accidentium in inſtrumentis nutrimenti, qui- B
dam fiunt in hyſophago, quidam in ſtomacho, quidam in inte-
ſtinis, aut in epate, aut in ſplene, aut in ciſtifellis, aut renibus, aut ueſica.
Morbi qui accidunt hyſophago, aut fiunt in corpore ipſius, aut in mea-
tu ipſius. Qui in corpore ipſius, eſt debilitas uirtutis attrahentis cibū, uel
expellētis eum per uomitū. Et debilitas ipſius fit ex mala cōplexione, uel
morbo officiali, uel ſeparatione cōtinuitatis. Et mala cōplexio aut erit ca-
lida, aut frig. hum. uel ſic. Et apā officiale eſt ut apoſtema q̄d fit aut cal. aut
frig. Et ſeparatio cōtinuitatis ſi fit per longitudinē, infert diminutionē in
attractione: et ſi fit per latitudinē, infert diminutionē in expulſione. Et
morbus accidens in meatu ipſius, eſt opilatio, & fit ex apāte cal. uel frig.
Et ſignū opilationis accidentis in meatu ipſius, eſt ꝓhibitio penetrationis
cibi ad ſtomachum. Et qn̄ putrefit apā, patiēs patietur rigorē et horripi-
lationē, et fortificatͬ febris: et in ſtomacho fit morbꝰ, aut in ore, aut in fun-
do. Et erit aut ꝓprius, aut cōis. Cōmunis fit ex cōicatione alicuius mem-
bri, ut cerebri in uigilĳs, et ꝑmixtione mētis in febrib. ut in epilētia, ſpaſ-
mo, & ſubeth. Sed ex cōicatiōe cordis cū eo fit ſincopis, et ſaltus. Et mor-
bus ꝓprius ſtomacho aut fit cōis ei, et omnibus ſuis. ſicut eſt mala cōple-
xio, ſeparatio cōtinuitatis, apāta. Sed propriꝰ eſt, ut corruptio appetitus,
appetitus caninus, & alĳ morbi de quibꝰ dicturi ſumus, ſi mala cōplexio
eius fuerit cal. uel hum. frig. uel ſic. uel compoſita de eis. Cura compoſitę
complexionis debet eſſe ut cura ſingularis, quādo componitur morbus.

C

## CANON. XXXII. ad Tacuinum Tricesimum ſecundum, De morbis Stomachi.

DOLOR STOMACHI accidit in ore eius ex mala complexione calida. Et cognoſcitur hæc per mitigationem doloris ex appoſitione rerum frigidarum ſuper ſtomachum, & ſumptione rerũ frigidarum. Et fit ex calore manante ad os ſtomachi. Et hũc ſequitur frigiditas extremitatum, ſincopis fortis: & poſſibile eſt, ut patiens pereat ex dolore: & manat cholera rubea ad os ſtomachi, quando tarda fit ſumptio nutrimenti: & penes dolorem uehementem, et anguſtiam magnam: et ex ipſo dolore fit morbus, quem ſequitur mors. Fit etiam ex phlegmate putrido manante ad os ſtomachi, inducente lamentationem, et rubedinem: & totũ id accidit ex ſenſu oris ſtomachi, & proximitate eius ad cor. Sitis intenſa accidit ex caliditate oris ſtomachi, uel ſtom. uel utriuſq; ſimul, uel ex humore ſalſo congregato in tunicis ipſius, uel in inteſtinis gracilibus, uel meſeraicis: uel ex caliditate epatis, pectoris, et pulmonis. Et diſtinguitur inter ſitim quæ fit ex caliditate pectoris, & pulmonis: & ſitim quę fit ex parte ſtomachi, & inteſtinorum, & epatis. quia ſitis quæ fit ex caliditate pectoris & pulmonis, mitigatur per immiſſionem aëris frigidi: & quæ fit ex parte ſtomachi, uel epatis, non mitigatur niſi per potum aquæ frigidæ. Et dixit Gal. quod quidam paſſi ſunt ſitim fortem, & non fuit mitigata per potum aquæ frigidę, nec per immiſſionem aëris frigidi: & mortui ſunt ex ipſa ſiti. quia quidam ipſorum comedebant tyros ſitim inferentes: & quidam biberunt uinum in quod cecidit tyrus: et quidam de uino uetuſto, quorum ſtomachus calefactus fuit ualde: quidam ex defectu aquæ dulcis, biberunt aquam maris, & mortui ſunt ex ſiti. Et quorundam lenificabat̃ natura nauſeatiua ex potũ aquæ maris: & euacuatæ ſunt exinde humiditates corporum eorum. Sed morbi accidentes in fundo ſtomachi, ſunt mala digeſtio, ſatietas nauſeatiua, fluxus uentris cum uomitu, appellatus ayda, diaria, lienteria nauſeatiua, ſingultus, inflatio, uentoſitates, & ructatio. Quia cibus quando non deſcendit cito de ſtomacho, dicitur tarda digeſtio. Et quando non digeritur, nec deſcendit penitus, & corrumpitur in ſtomacho, dicitur ſatietas nauſeatiua. Et mala digeſtio fit ex caliditate, uel frigiditate, uel humore cholerico, uel phlegmatico, aut melancholico, uel ex ſatietate nauſeatiua, uel ex ayda.

Sitis intenſa.

D

Morbi in fundo ſtomachi.

## CANON. XXXIII. Ad Tacuinum Triceſimumtertium, De morbis Stomachi.

MALA COMPLEXIO ſtomachi, aut fit ex qualitate ſingulari, aut communi: & materia aut erit cholerica, aut phlegmatica, aut melancholica: & ſiccitas & humiditas eius non fiunt condominabiles. quia ſi condominatur ei humiditas, ex ea fit hydropiſis: & ſi condominatur ſiccitas, ex ea fit conſumptio. Apoſtemata itẽ ſtomachi aut ſunt

calida, aut frigida. Et diſtinguitur inter malam complexionem ſtomachi ſingularem, & malam complexionē ſtomachi cum materia, de eo quod emittitur per uomitum poſt ſumptionem laudabilis nutrimenti: et ſi mixtum eſt cum aliquo humorum, tunc dicitur cum materia: ſi non, erit ſingularis. Cognoſcitur etiam per urinam. quia ſi poſt ſumptionem æqualis nutrimenti, erit ſpiſſa & groſſa, tunc ſignificat ſuper malam cōpeexionem cum materia: & ſi ſubtilis & clara, tunc ſignificat ſuper malam complexionem ſingularem. Cognoſcitur etiā per egeſtionem poſt ſumptionem nutrimenti æqualis. quoniā ſi egeritur ſtercus cum aliquo humore, tunc dicitur mala complexio cum materia: ſin autem, erit ſingularis. Etiā per inflationem uenarum corporis, & earum repletionem cognoſcitur. quia ſuper ſeparationem continuitatis habetur ſignificatio cum eo quod dixi in ſputo ſanguinis: & iā dicta eſt cura eius. A

Et corruptio appetitus cibi, fit aut ex augmento, aut ex diminutione, ex defectu, aut ex incurſu horribili, ut accidit in gaham. Et augmentū appetitus quādo fit in quantitate, exinde fit fames canina, & gaham. ut plus fit in pregnantibus penes congregationem ſuperfluitatis malæ in ore ſtomachi ipſarum, quæ ſuperfluunt de ſanguine menſtruo, de quo nutritur embrio. quia pars ipſius uertitur in nutrimentum embrionis: & pars alia, quæ minor eſt in bonitate, tendit ad mammillas, & fit lac: & peior pars eius ſi remanet ſuperflua, tendit ad os ipſius ſtomachi, & inducit appetitus malos: & accidunt in muliere in tertio menſe, & quarto menſe ceſſant. quia embrio dum eſt paruus, nutritur cum modico ſanguine, & maior pars remanet: tamē quando magnificatur, nutritur cum maiori parte ipſius ſanguinis: & ſi remanet aliqua pars eius, inducit gaham. Corruptio appetitus cibi. B

Boliſmus uero eſt dolor intenſus in membris. quia ſtomachus quādo patitur fortem frigiditatē, non appetit: & quando deficit eius appetitus, appetunt membra cibum ſtomacho: qui cum eis negatur, ſequitur exinde fames communis cum omnibus membris, nō ex ore ſtomachi. Et diſtinguitur inter hunc morbum, & appetitum caninum. quia ex iſto morbo deficit appetitus: exinde fit macilentum corpus, et debilitatur uirtus: ſed in appetitu canino appetitus eſt fortis, & membra ſunt repleta. Boliſmus.

## CANON. XXXIIII. Ad Tacuinum Triceſimum quartum, De morbis Stomachi.

AYDA EST euacuatio quædam quæ dicit̃ cholerica paſſio, facta per uomitum, & fluxum uentris. Et fit ex corruptione cibi ſecundum modū corruptionis, aut ex multitudine eius, aut malicia, aut uiſcoſitate: unde mutatur ad choleram rubeam, et expellitur a uirtute expulſiua ex læſione ipſius: & pars eius ſubtilior aſcendit ad os ſtomachi, & emittitur per uomitum: & pars eius reſidens in fundo ſtomachi, emittitur per fluxum uentris. Vel fit ex manatione aliqua cholerica facta ad ſtomachum. Et habetur ſignificatio huius per id quod emittitur de cor- Ayda.

C pore per uomitum, uel per fluxum uentris, per lamentationem, nauſeam, & ſitim: & in hoc erit cum læſione modica: & penes euacuationem cibi corrupti, fortificatur dolor, ex acuitate choloræ, & acetoſitate eius quod emittitur per uomitũ, pungens hyſophagum: uel per fluxum pungentem inteſtina & anum: & exinde fit lamentatio turbida, nauſea, cum temporibus planis, nare ſubtili, extremitatibus frigdis, penes fortitudinem ipſorum accidentium, et multitudinem humorum paratorũ ad corruptionẽ in corpore.

Diaria. Diaria eſt quędã euacuatio membrorũ ſubtiliũ. Et fit ex malicia regiminis cibi, aut repletione uenarũ, aut opilatione opilante meſeraicas, aut humoribus ſalſis manantibus ad ſtomachum. Et ſignum eius erit, ſalſedo oris, aut acuitas oris ſtomachi, cum ſiti: et exinde fit dyſenteria. Et niſi ſit acuitas, aut ſalſedo, exinde non fit dyſenteria, ſed debilitas uirtutis. Et diſtinguit̃ inter diariam, & aydam. Quia cum ayda fit uomitus, cum diaria non: et ayda eſt morbus calidus, breuis tempore: ſed diaria eſt morbus longus. Et quandoq; diaria fit frigida, accidens in biduo, aut triduo, iuxta congregationem humorũ in membro a quo expellitur ad ſtomachum, & ad inteſtina: & accidit in febribus. Fit etiam diaria a materia flegmatica contenta in inteſtinis, ex qua fiunt inflatio, & torſio. Et hoc fit in modica quantitate, & moram longã patiens trahit in tempore ſuæ emiſſionis.

Lienteria. Lienteria uero eſt quædam lubrificatio inteſtinorum, ex qua labitur cibus cito de ſtomacho, nulla mutatione facta D in forma eius. Et fit aut ex debilitate uirtutis retentiuæ, uel mala complexione frigida & humida, & uiſcoſitate materiæ dñantis ſuper ſtomachũ & inteſtina, & lubricantis nutrimentum. Aut ex fortitudine uirtutis expulſiuę, ſi in ſtomacho ſunt puſtulę, uel ulcera, quę pungũt cibos in tranſitu eius: unde expellit eum natura, & emittit ſtatim. Et habetur ſignificatio eius per id quod erit in ore & lingua eius de puſtulis, & per caliditatẽ & ſiccitatem, quæ erunt in ore. Et dixit Hippo. Eructatio acida ſi fit in lienterico, nõ antecedente cauſa ſignum, laudabile eſt. Et bene dixit. quia eructatio acida non fit niſi per mutationem nutrimenti, quando moratur in ſtomacho, & retinetur a uirtute.

Nauſea. Vomitus. Nauſea, & Vomitus fiunt ex multitudine nutrimenti, & eius ponderoſitate ſuper ſtomachum: aut ex malicia ipſius, ſi erit horribile, amarũ, aut pungitiuum: aut ex humore pungitiuo. Et ſi fuerit in concauitate ſtomachi, inducit uomitum: & ſi inter tunicas, exinde infunditur, & prouocabit nauſeam. Et hmõi humor aut manabit ad ſtomachum, aut generatur in eo. Et ſi fit ex humore generato in eo, erit nauſea inceſſabilis: & ſi ex humore manante ad ipſum, aliquando mitigabitur poſt ſui manationem. Et habetur ſignificatio ſuper punctionem humoris per exitum eius cum uomitu, ſi cholericus eſt, uel flegmaticus. Fit etiam uomitus ex parte criſis penes expulſionem uirtutis ex humore inducente morbum.

Singultus. Et Singultus eſt quidam ſpaſmus alicuius tunicæ ſtomachi inferioris. Et fit ex repletione, uel inanitione, uel mala complexione frigida penes ſumptionẽ alicuius nutrimenti frigidi,

ſicut accidit ſenibus: uel ex ſumptione alicuius nutrimenti acuti: uel potu uini uetuſti fortis. Inflatio, & Rugitus fiunt ex modica caliditate digerente nutrimenta. Et ex ſumptione alicuius nutrimenti generantis uentoſitates, ut fabarũ, & ſimilium: quæ tamen in hora uentoſitatum ipſarũ modica erit. Et ſignificatio huius habetur per nutrimentum præcedens. Ructuatio fit ex quadam uentoſitate inflante ſtomachum, aſcendente ad os. Et ſi uapores humorum ſunt calidi, erit ructuatio fumoſa: ſi humorum frigidorum, erit acida. Fit etiam eructuatio frigida ex cibarijs frigidis, debilitantibus caliditatem nutrimenti in ſui digeſtione: & quando retinetur eructuatio, exinde generantur uentoſitates, & inflationes, lædentes ualde partes inferiores ad quas legantur.

A
Inflatio.
Rugitus.
Ructuatio.

## CANON. XXXV. Ad Tacuinum Triceſimum quintum, De morbis inteſtinorum, & partium inferiorum.

MORBI accidentes in inteſtinis, ſunt dyſenteria inteſtinorum, uel epatis: tenaſmon, colica, iliaca, uentoſitates, uermes, lumbrici, torſio, ulcera inteſtinorum, fluxus ſanguinis inteſtinorum. ſ. dyſenteria. Et fit poſt euacuationem acutorum humorum. Et in principio eius emittitur quædam humiditas flegmatica, uiſcoſa, illinita ſuper interiora inteſtinorum, excoriata ex illius acuitate quod tranſit ſuper eum: deinde emittitur raſura: deinde aliqua pars inteſtini. Et ſi in raſura ſunt aliquæ particulæ carnium magnæ, ſignificant ſuper corroſionem corporis inteſtinorum, donec perueniat morbus ad tunicas interiores: deinde emittitur de orificijs uenarum ſanguinis ſimilis origani fœtenti, & in colore & in ſubſtantia pinguedini: et hoc fit ex caliditate liquefaciente pinguedinẽ inteſtinorum. Et ſi longum ſit tempus huius, fiet ſimilis fæci, & erit ſanguis melancholicus, aduſtus ex fortitudine caliditatis. Et hij duo morbi ſunt mortales, præcipue ſi ſunt cum fœtore. Et habetur ſignificatio ſuper ulcus inteſtinorum, ex pluribus ſurrectionibus in uno momento factis. quia punctio fit abſq; torſione. Et ſi illud quod egreditur non miſcetur cum ſtercore, ſignificat φ ulcus eſt in inteſtino recto. Et ſi miſcetur cũ eo parum, ſignificat quod eſt in orobo, uel colon. Et diſtinguitur inter ea. quia dolor erit in inferiori tenemeto umbilici, in ulcere inteſtini groſſi. Et punctio erit in umbilico, ſi eſt in inteſtinis gracilibus. Et dyſenteria epatica eſt fluxus ſanguinis puri, mixti cum ſtercore: & in principio eſt ſimilis lotioni carnium: deinde fit rufus: deinde niger, et de ſpecie melancholiæ. Et diſtinguitur inter dyſenteriam inteſtinorum, & dyſenteriam epatis. quia in dyſenteria inteſtinorũ, eſt fluxus cõtinuatus cum raſura paulatim: & in ea quę eſt de epate fluxus, fit in momento, ſubito, abſq; raſura cum alleuiatione: & poſſibile eſt, φ ſentitur dolor in parte epatis.

B
Dyſenteria.
Vlcus inteſtinorum.
Dyſenteria epatica.

C & aliquando cum ſanguine proueniente de epate emittitur cholera rubea de inteſtinis, & cum ea emittitur raſura. Vnde peritus medicus debet ſubtiliter conſyderare, ad cognoſcendum diſtinctionem ipſarum bona noticia: ſin autem, peccabit cura ipſorum. Et Colicæ quædam ſpecies fit ex flegmate incluſo in tunicis inteſtini quod dicitur colon: et quędam ex uentoſitate excedente illud: & quædam ex apoſtemate. Et in prima, quæ fit ex flegmate, eſt eructuatio acida: & ſentiet patiens, ꝙ inteſtinum quaſi perforatur a perforatorio: & hanc ſequitur nauſea cum uomitu flegmatico: & conſtipatio erit fortis, cum qua non egreditur aliqua uentoſitas: & infrigidatur pars inferior umbilici. Illam uero quæ fit ex uentoſitate, ſequitur extenſio, & doloris tranſmutatio cum rugitu, abſq; ponderoſitate: leuis erit digeſtio, nat s ſuper aquam, & aſſimilatur ſtercori uaccino. Et cum illa quæ fit cum apoſtemate, eſt febris, ſitis ardor, & nauſea, cum dolore punctio, & uomitus cholericus. Et hæc dicitur peior alijs ſpeciebus colicæ: & ut plus accidit ex ea Ileos. Et dolor colicæ aſſimilatur dolori renum. Et diſtinguitur inter eos. quia dolor colicæ eſt fortior, acutior, & durabilior. Et dolor renum eſt in regione ipſorum proprie. Morbi Ani ſunt hemorroidæ, fiſſura, apoſtemata calida, & eius egreſſio. Hemorroidæ ſi non appa- rent, ſuperponatur ano cyathus paruus, aut uentoſa cum igne in bombace: & inuerſabitur anus, & manifeſtabuntur. Et ſuper apoſtema habetur ſignificatio per inflationem, dolorem, diſſuriam: & ſi calidum fuerit, erit rubedo: & mitigatur per apoſtemata rerum frigidarum ſuper illud.

Colicæ ſpecies.

Morbi Ani.

D

## CANON XXXVI. Ad Tacuinum Triceſimumſextum, De morbis Epatis.

MORBORVM accidentium in epate, quidam appropriantur ei: quidam participant cum eo ex alio. Qui appropriantur ei, ſunt debilitas eius, apoſtemata, opilationes. Et qui participant, ſunt hydropiſis. Sed debilitas epatis, aut fit ex eo quod debilitat acuitatem eius in compreſſione nutrimenti. ut aqua: & inde erit egeſtio liquida declinans ad albedinem. Aut ex debilitate eius in retentione: & inde fit inflatio groſſa, & mollis. Aut ex debilitate eius in digeſtione nutrimenti, in faciendo ſanguinem. Vel debilitas eius erit ex mala complexione calida, humida, frigida uel ſicca. Et apoſtemata eius aut ſunt calida, aut frigida. Opilationes eius, ſunt aut in orificio uenarum eius diuerſarum, in uena cognita per portarium: aut in uena quę eſt in gybbo epatis. Et ſi opilatio fit in gybbo epatis, urina erit ſubtilis & aquoſa. Et ſi in rotunditate, egeſtio erit liquida. Et diſtinguitur inter apoſtema accidens in rotunditate epatis, & apoſtema accidens in gybbo eius. quia cum eo

Epatis morbi

Opilationes epatis

quod erit in rotunditate, deficiet appetitus cum ſingultu, & uomitu cho- A
lerico, ut eſt uitellum oui erugineum: & cum conſtipatione uentris ſinco-
pis, frigiditate extremitatum, tamen cum tuſſi, et ſtrictura anhelitus mi-
nori: ſed ſi eſt in gybbo, erit tuſſis fortior, et ſtrictura anhelitus debilior: et
furcula gybbum faciet ad inferius, cum panderoſitate ſubhypocondrijs:
citrina fiet lingua in principio: deinde augeť: & quando tangitur apo-
ſtema, ſentietur in forma lunatica ingroſſicie. Et cum hoc diſtingui-
tur inter ipſum, & inter apoſtema accidēs in muſculo induto ſup
epar. quia forma apoſtematis gybbi epatis, eſt ut forma luna-
ris: et forma apoſtematis muſculi, eſt quadrata,
aut longa, aut aliqua extremitas eius
erit groſſior.

H CANON. XXXVII. Ad Tacuinum Triceſimum ſeptimū, De Hydropiſi, & morbis Fellis, et Splenis.

HYDROPISIS fit ex debilitate uirtutis apatis ſanguinē generantis: aut ex frigiditate complexionis: aut ex corruptione accidente in aliquo membro ei uicino, ſicut eſt ſtomachus, cuius digeſtiua eſt debilitata, unde uertitur nutrimentum crudum ad epar, & debilitantur renes in attrahendo aquoſitatem ſanguinis. Et ſunt tres ſpecies eius: ſcilicet Aſclites, quæ eſt hydropiſis aquoſa. Timpanites, quæ eſt uentoſa. Hypoſarcha, quæ eſt hydropis carnoſa. Et carnoſa eſt quædam condominatio humiditatis flegmaticæ ſuper membra corporis, ex mutatione nutrimenti in epate ad humiditatem flegmaticā: & hoc accidit in epate ex apoſtemate ſplenis, uel fluxu ſanguinis intenſo, uel retentione menſtruorū, uel hemorroidarum, uel ex frigiditate epatis, uel poſt febrem longam, uel poſt potationem aquæ multæ, & modica digeſtione nutrimenti, uel ex parte morbi acuti diſſoluentis uirtutem epatis. Et morbus iſte dicitur periculoſus. quia laborans eo, uix poteſt ſanari. quia non poteſt curari cum calefactiuis, ex augmento ipſorum in caliditate: neq; ex infrigidatiuis, ex augmēto ipſorum in hydropiſi. Et hydropiſim cuius cauſſa eſt morbus ſtomachi, ſequitur diaria: & ex iſta quæ fit fit ex apoſtemate, erit tuſſis cum conſtipatione materiæ. Et ſi hydropico euenerit tuſſis, cum fluxu cholerico, nulla iuuabunt eum. Et morbus ciſtis choleræ rubeæ fit Ictericia, accidens ex opilatione ipſius, uel ex debilitate uirtutis attrahentis choleram rubeam. Et diſtinguitur inter eas. quia cum iſta quæ fit ex opilatione, erit grauedo in epate: & cū ea quæ fit ex debilitate uirtutis prædictæ, nō erit grauedo in epate. Et Ictericia fit ex opilatiōe ciſtisfellis. Eius ſignificatio habetur, per egeſtionem albam, & urinam citrinam. Vel fit ex parte epatis, cū qua erit fluxus cholericus, uomitus cholericus, cum febre & grauedine in latere dextro: uel fit ex forti caliditate epatis. Et huius ſignum eſt, urina rubea, cui non præeſt ſpuma citrina. Etiam ſi caliditas eſt ualde, urina exit nigra. Et quandoq; eſt ex caliditate

Orido Hydropiſis.

Aſclites. Timpanites. Hypoſarcha.

Ictecicia.

C epatis & uenarum, accidit ſubito: ſed aliæ ictericiæ accidunt paulatim. & hoc erit aut expulſione uirtutis choleræ rubeæ in die cretico, in morbo cholerico: & cum hoc erit morbi declinatio, & eius mitigatio erit ex mutatione humorum ad cholerã rubeam, ex parte alicuius animalis ueneno ſi, uel medicaminis mortiferi. Et morbi Splenis ſunt, debilitas eius, opilatio, apoſtema, uentoſitas: & quando debilitaẽ in attractione choleræ nigræ, ſuperuenit inde ictericia nigra: & quando debilitatur in retentione ipſius choleræ, ſuperuenit inde fluxus choleræ nigræ in tempore eius. Et debilitas eius fit ex mala complexione calida, aut frigida: & opilatio eius fit ex humoribus groſſis, uiſcoſis, adherentibus in meatibus eius: cum qua erit ponderoſitas: & poſſibile eſt, ut accidat inde ictericia nigra. Et ſignum eius eſt, extenſio, & apoſtema eius calidum, uel frigidum, et ſequitur apoſtema ſplenis, macies corporis. Dixit Hippocrates: quotiens magnificatur ſplen, macreſcit corpus: & quãdo tabeſcit, inpinguatur: & hoc fit, quia magnitudo ſplenis ſignat ſuper maliciã humorum corporis, qui non mutantur ad nutrimentum utile corpori. Et paruitas ſignificat ſuper bonitatem humorum corporis, qui mutantur ad bonum nutrimentum corporis.

Morbi Splenis.

D

## CANON. XXXVIII. ad Tacuinum Triceſimumoctauum, De morbis Splenis, & Renum.

Renũ morbi.

MORBI Renum ſunt apoſtemata, ulcera, lapides, arena, mictus ſanguinis & ſaniei, dyabetes, & fluxus urinæ. quia in eo ſicut bibitur mingitur cito. Apoſtemata eorum aut ſunt calida, aut ſunt frigida. Et de ulcere emittuntur cortices, & quandoq; ſimiles particulis carnium, ex corroſione carnoſitatis renum. Et fit fluxus urinę ſemper abſq; difficultate. Lapides & arena accidunt a caliditate forti renũ, & ex humore groſſo deſiccato a caliditate: & ipſi petrificantur ſecundum curſum dierum proprie. Si enim pars clara et ſubtilis urinæ egreditur, & pars eius groſſa remanet, fit dura: & ſecundum iſtum modum fit generatio lapidis in ollis balneorũ. Generatur etiã lapis in ueſica, & in inteſtinis, articulis, epate, et pulmone. Et dixit Gal. quod uidit quendam, qui patiebatur tuſſim continue, qui expuit lapidem: et mitigata eſt tuſſis. Et dixerunt aliqui Chirurgici, quod extraxerunt lapidem de facie cuiuſdam patientis qui erat ut glandula: et de manu alterius patientis alium lapidem extraxerunt. Et magnificaẽ quandoq; lapis in quantitate mirabili. Et uidi ego in Maraſten lapidem egreſſum de quadam muliere, cuius pondus erat aur. 15. et poſt exitum eius per triduum põderatus fuit, et inuentus eſt in ℥. xxx. et plus. Et color arenæ euulſæ, eſt citrinus, ad modum coloris arſenici rufi, uel litargyri, uel ad modum coloris arenæ, uel cineris. Et mictus ſanguinis fit a cauſſa exteriori, uel percuſſione, uel caſu: aut ex cauſſa interiori. Et tunc fit aut a debilitate uirtutis alteratiuæ, quæ eſt in renibus: aut ex debilitete uirtutis retentiuæ, quæ

Generatio lapidis.

Mictus ſanguinis.

eſt in uenis, quæ non poteſt retinere ſanguinem: et inde ſanguis emittitur cum urina. Et in hac diſpoſitione non accidit dolor: et ſi accidit, modicus erit. Et ſanies aut erit in ulcere ueſicæ, et hoc cognoſcitur ex apoſtemate præcedente: et per horripilationem antecedentem penes generationem ſaniei, et exinde accidunt febres diuerſorum paroxiſmorum. A

## CANON. XXXIX. Ad Tacuinum Triceſimumnonum, De morbis Veſicæ, Sifac, & Teſticulorũ.

MORBI VESICAE ſunt lapides generati in ea, apoſtemata, ulcera, diſtillatio urinæ, ardor eius, difficilis exitus eius, exitus inuoluntarius. Et ſignũ lapidis eſt dolor in ueſica, & locis attinentibus ei, pruritus uentris, eiectio eius quandoq;, eiuſq; mollicies abſq; ſpermate, urina clara, ſubtilis, et alba, et exitus eius difficilis, exitus arenæ cũ ea. Quod ſi uelis ſcire, num in ueſica eſſet lapis aliquis: iaceat patiẽs ſuper dorſum, & eleuẽtur pedes, & commoueantur forti commotione: et epithima fiat ſuper ueſicam cum aqua cal. & oleo, & ungatur manibus ad ſurſum, ut deſcendat lapis: & ſi non mingit, expellatur lapis cum inſtrumẽto catharic. quia mouebitur, & exibit poſt hoc urina: & in hoc cognoſces quod lapis eſt in ueſica. B Et cum apoſtemate, dolor erit in pectine, & ſentietur apoſtema tactu, erit difficilis mictus, & forte conſtipabitur natura: & exitus ſaniei de ulceribus ueſicæ, erit maior exitu eius de ulceribus renum, & difficilis mictus. Deſtillatio urinę erit aut ex debilitate expulſiuę uirtutis penes mollicíem ueſicæ in eius conſtrictione ſuper urinam: & compreſſione. Et habet̃ ſignificatio ſuper hoc, quod patiens iaceat ſuper dorſum, & comprimatur ueſica: ſi expellitur urina, erit ex ipſa cauſſa. Aut ex apoſtemate accidente in collo ipſius, aut in muſculo eius: uel ex humore uiſcoſo in meatu urinæ: unde fit opilatio. Et habet̃ ſignificatio ſuper hoc ex eo quod dictum eſt de cibarijs groſſis, & uiſcoſis. Aut ex ſanguine coagulato, aut humore calido pungente. Et habetur ſignificatio ſuper urinæ rubedinem & ardorem in extremitate ueretri. Sed exitus urinæ abſq; uoluntate, eſt ſicut in eo qui mingit in lecto: & eſt ex mollicie muſculi circumferentis in collo ueſicæ, & debilitatis retentiuæ uirtutis: & ex humiditate membrorũ, & defectu uirtutis attractiuæ ad ueſicam. Et morbus ſifac, et ruptura, & uulnus accidens cum eo, et exitus zirbi et inteſtinorum extra ſifac, erit in locis attinentibus umbilico, et in partibus uritidalibus, aut teſticulis. Et fit ex motu intenſo, ac humore uiſcoſo, aut uentoſitate inflante uentrem et inteſtina, aut ex humiditate uiſcoſa lubricitante inteſtina. Et diſtinguitur inter hunc morbum, & apoſtema: quod iaceat patiens, et comprimatur locus eminens ad interius cum manu: et ſi reuertitur interius, et abſentatur eminẽtia, ruptura dicit̃. Et ſi non reuertitur, et eminet, dicit̃ apa. Et ſi eſt ſuper umbilicũ, parũ eſt nociua, dolens.

Apoſtema in ueſica.

Deſtillatio urinæ.

Exitus urinæ inuoluntarius.

C Et ſi ſuper umbilicum multum, non dolebit: et eminentia umbilici erit ex ruptura ſifac in loco umbilici. Et ſi eſt ex uentoſitate, tactus eius erit lenis: & ſi eminentia erit ex carnoſitate, tactus eius erit durus. Et ſi ex ruptura alicuius arteriæ, color erit uiolaceus. Et ſi ex humiditate, non dolet penes compreſſionem, & tactus eius erit lenis. Et ſi exitus inteſtinorum eſt, erit cum rugitu, & expelletur quando tangitur manibus: & magnificatur umbilicus, quãdo ingreditur balneũ. Et morbi locorum generationis, aut ſunt in teſticulis, aut ſunt in ueretro, aut matrice, aut mammillis. Et morbi reſticulorum aut ſunt in eis, aut in locis intermedijs eis, aut in ſifac, aut pelle, aut in uenis eorum. Et morbi accidentes in corpore eorum, ſunt apoſtemata, defectus appetitus coitus, aut multa ſpermatis manatio. Et apoſtemata aut ſunt calida, aut frigida, aut melancholica, aut phlegmatica: calida, aut cholerica, aut ſanguinea: de quibus omnibus cura eſt dicta.

Morbi Genitalium.

## CANON. XL. ad Tacuinum Quadrageſimum, De morbis Teſticulorum, & Veretri.

MORBI ACCIDENTES in corpore teſticulorum, & ſifac circumferente eos, ſunt, congregatio aquæ in eis, & deſcenſio inteſtinorum in eis. Et habet ſignificatio ſuper deſcenſione inteſtinorum. quia patiens petit exercitium, & erectionem corporis, & retentionem anhelitus. Et reuerſio ipſorum ad ſuperius, erit tarda: & ad ipſum locum ueniet aliqua pars ſtercoris, & retinetur in eo: & cum eis erit rugitus cum dolore, & proprie penes expreſſionem ſuper ea. Et hæc accidit inter pellem teſticulorum, & ſifac. Et eſt eminentia carnoſa, quæ fit a materia groſſa, uel poſt curam eminentiæ aquoſæ factam in epate. Aut accidit in uenis teſticulorum: & dicuntur uarices: quæ fiunt ex groſſis materijs, fluentibus ad uenas ipſorum. Et ſignum ipſorum eſt apparitio uenarum repletarũ, mollicies teſticulorũ, difficilis motus corporis: & ut plus hoc accidit in teſticulo ſiniſtro, ex debilitate ipſius. Sed morbi in pelle ipſorũ accidẽtes, ſunt puſtulę, ulcera, pruritus. Et morbi Veretri, ſunt aut in corpore, aut in meatibus ipſius. Si in corpore eius, fit dilatatio, erectio abſq; appetitu coitus, iectigatio, apoſtemata, & ulcera. Et morbi accidentes in meatibus eius ſunt opilatio, iectigatio ex uentoſitate incluſa in corpore eius: & ut plus hoc fit cum apoſtemate acuto, & erectione forti: et cum hoc fit quandoq; ſpaſmus. Et ſi declinat laborans eo ad ſpaſmum, morietur cito, penes inflationem ueretri, et ſudorem ipſius frigidum. Sed ulcera & apoſtemata in eo, accidunt ut in alijs membris, & eorum ſigna ſunt ut aliorum.

Inteſtinorum deſcenſio.

D

Varices.

Morbi Veretri.

## CANON. XLI. ad Tacuinum Quadrageſimumprimum, De morbis Matricis.

MORBI MATRICIS ſunt fluxus ſanguinis, retẽtio mẽſtruorum, manatio humida, præfocatio matricis, uentoſitas, inflatio, apoſtema calidum & frigidũ, dubayla, cancer, mola, hæmorroidę,

ſiſſura in ore matricis, ulcera ibidem, exitus eius ad exteriora, declinatio eius ad aliquod latus, defectus impregnatiõis, multus aborſus, difficultas partus, retentio ſecundinę, mors ſubitanea embrionis, retentio mẽſtruorum, & exitus ipſorum a curſu naturali. Vnde dicendum quæ ſint menſtrua naturalia, ut cognoſcatur exitus ipſorum a cuſu naturali. Generatio itaq; menſtruorũ naturalis, fit in fœmina ætatis annorum. xij. aut xiiij. & defectus ipſorum naturalis fit in ætate. xlvi. annorum, uſq; ad. l. alias a. xxxvi. uſq; ad. xl. Et circũitus ipſorum fit naturaliter ſecundum plus, uel minus, & tendit ad. vij. dies: & ſi creſcit ultra, dicitur nõ naturalis. Et inter quoſlibet duos circũitus, ſunt. xl. dies uſq; ad menſes duos. Et ſi retinetur ultra iſtum modum prædictum, tunc dicitur exitus ipſorũ a curſu naturali ex aliquo morbo in matrice, aut in toto corpore. In matrice uero ſunt opilationes accidentes in uenis a groſſicie ſanguinis. Et opilationes fiunt ab apoſtemate, aut humore uiſcoſo, aut ueſtigio ulceris conſolidati. Fit etiam ex fluxu ſanguinis matricis, aut exitu ſanguinis, ex ſcrofulis, aut ex fluxu ſanguinis e naribus, aut in toto corpore. ut ſunt febris, corruptio complexionis, hydropiſis, pinguedo corporis inrenſa reſtringens uenas. Et manatio humida de matrice fit aut ex debilitate eius, aut ex aliquo humore manante ad eum. Et habetur ſignificatio eius humoris per colorem ui egredientis. quod ut diſcernatur, ſupponatur pannus albus, & extrahatur, & ponatur in ſole. deinde reſpiciatur: et ſi color ipſius eſt ruffus, ex ſanguine fit: ſi croceus, ex cholera rubea eſt: ſi albus, ex flegmate: ſi niger, ex melancholia. Et præfocatio matricis, eſt defectus inſpirationis, accidens ex parte matricis. Et ex ea ex cõmunicatione eius accidũt plures morbi mali. Nam ex cõmunicatione cerebri, fit ſoda fortis, & plures alij. Ex cõmunicatiõe cordis, fit ſincopis, & alij morbi cordis ipſius. Et hic morbus fortificatur & alleuiatur iuxta diuerſum paroxiſmum ipſius ad modum epilepſiæ: & ut plus perit mulier penes fortitudinem durabilem paroxiſmi. Et huiuſmodi morbus, aut fit penes retentionem ſpermatis mulieris, aut penes ſuperfluitatem eius: unde extinguitur caliditas ex præfocatione eius, & infrigidatur matrix: aut penes retentionem menſtruorũ: aut ex cauſſa alicuius medicaminis quod ſumpſit mulier ad prohibendum impregnationem. Et ut plus hoc accidit iuuenculis caſtis, & non poteſt fieri in coniugatis. Et ſignum huius morbi in principio primi paroxiſmi, eſt permixtio mentis, pigricies, debilitas tibiarum, citrinitas coloris matricis, humiditas oculorum: & quandoq; fortificatur & debilitatur inde corpus: inde fit ſincopis cum defectu ſenſus & uocis, & frequenti pulſu, diuerſo, debili, & deficiente in fine negocij, ita q; mulier exiſtimaẽ moritura. Sed ſi ponatur aliqua pars bombacis ſuper foramina narium, ſi mouet, non eſt mortua. Deinde uertitur facies ad rubedinem, quaſi eſſet inflata: attrahitur matrix ad ſuperius: & incipiente paroxiſmo alleuiari, mollificatur matrix, & de ea emittitur humiditas modica, & in uentre fiunt rugitus cum exitu uentoſitatis de ano.

A

Menſtruor generatio.

Opilationes Matricis.

Manatio de matrice humida.

B

Præfocatio.

Cura.

C CANON. XLII. Ad Tacuinum Quadrageſimumſecundum, De morbis item Matricis.

Cancer Matricis.

CANCER fit ex apoſtemata duro in matrice, quod non fuit bene, & cito curatum. Et eſt apoſtema durum petrificatum ex materia melancholica. Et ut plus fit penes os matricis. Et quandoq; cum eo fit ulceratio, quandoq; non. Qui eſt abſq; ulcere, cognoſcitur per dolorem fortem in inferiori parte uentris, pectore, & dorſo, & per groſſiciem apperantem in pectine, & in ore matricis. Sed qui eſt ulceratus, albus erit, cum corroſione, putrefactione, & calefactione. Et niſi ſit ſordidus, color eius, declinans ad uiriditatem, aut rubedinem, aut nigredinem. Et ut plus fluit de eo humiditas fœtens, & inflammantur ubera, & uenter, itaq; apparet eſſe pregnans: & per longum tempus apparebit eſſe hydropica. Et diſtinguitur inter eas per duriciem. quia duricies non eſt in hydropoſi: ueruntamen ſi ſit chronicus, ad hydropoſim declinabit. Et dicitur, q Mola, eſt caro quædam generata in tunicis matricis: & q quædam mulier aborſum fecit de quadam carne ad modum aborſus fœtus.

Mola.

Vlcera Matricis.

Vlcera matricis, aut fiunt ex cõtuſione, aut cõcuſſione, aut forti partu, uel attractione ſecundinæ, uel ex puſtulis apertis, uel fœtu mortuo. Et cognoſcitur hoc per apertionẽ matricis cum inſtrumento facto ad id. quia uidetur & cognoſcitur ſubſtantia ipſius per id quod emittitur de matrice. Quia ſi aſſimilatur fæci, ſignat q exitura aperta eſt: & ſi eſt ſanguis fœtidus, & niger, ſignificat ſuper corroſionem: & ſi ſanguis eſt rufus, ſignificat ſuper reſudationem ipſius: & ſi eſt ſimilis loturæ carnium, ſignificat ſuper reſudationem ulceris: & ſi emittitur ſanies ſpiſſa, alba, non fœtens, ſignificat mundiciem ulceris. D Declinatio matricis, aut exitus eius, erit aut ex cauſa exteriori, aut interiori. Si ex cauſa exteriori, fit ut extractione ſecundinæ, aut fœtus mortui penes difficultatem exitus ipſorum: uel ex caſu de loco alto ſuper ſellam ipſius: uel ex forti terrore, ut accidit mulieri nauiganti ſuper aquas: aut ex tribulatione mortis alicuius amici. Sed a cauſa interiori, fit ex humiditate flegmatica lubricitante matricem.

Declinatio Matricis.

Tortura Matricis.

Tortura autem matricis, fit ex humore multiplicato in aliquo latere ipſius, inclinante ipſam ad illud latus.

CANON. XLIII. Ad Tacuinum Quadrageſimumtertium, De morbis Matricis, & Mammillarum.

Inpregnationis priuatio.

PRIVATIO impregnationis, fit ex parte mulieris, aut ex parte uiri. Quod ſi uis hoc ſcire, ſedeat mulier ſuper ſcamnum perforatum, coöperta bene cum pannis, ne fumigium habeat egreſſum per foramen. Deinde fiat fumigium ſub ſcamno, ut aſcendat fumus per foramẽ ad matricem. Et ſi odor ſuffumigij ſentitur in ore mulieris, excuſanda eſt, q defectus non eſt ex parte eius, ſed ex parte uiri: & niſi ueniat odor in ore

eius, impedimentum eſt ex parte ipſius. Aliud experimentum. Ponatur ſperma eius ſuper aquam: & ſi diſſoluitur, & diſpergitur, malum eſt, & non conuenit ad generandum. Et ſi profundatur in aqua, & reſidet: bonum eſt. Et poteſt ex parte uiri cauſa eſſe propria in ſuo ſpermate: ſicut accidit arbori ꝙ non fructificat. Sic etiam ex cauſa mulieris, ex mala complexione matricis, aut morbi officialis, aut humoris putridi cõcluſi in cõcauitate ipſius, aut ex pinguedine mulieris, aut defectu menſtruorum, aut a mala complexiõe, aut uapore calido adurente ſperma, aut frigido coägulante illud, aut humore lubrificante, aut ſicco ingroſſante. Et morbus officialis eſt, ut opilatio, & humor qui eſt in concauitate matricis, aut flegmaticus, aut melancholicus, aut cholericus. Et ſignificatur ſuper hoc per partem emiſſam de ea. Et ſigna quæ ſignificant ſuper impregnationem, ſunt, fortis recollectio oris matricis, ita ꝙ uix poteſt ingredi glans in eam, non ex apoſtemate, neq; ex duricie: & in tempore coitus ſentiet uir, ꝙ matrix ipſa fugit foramen ueretri, ut facit ſanguiſuga: & nõ appetit coitum. Et color uenarũ erit uiridis, & mammillæ erectæ plus ꝗ erant. Et albedo oculorũ erit uiridis, aut liuida. Siccitas erit in facie eius, cum nauſea: paucus appetitus, bonus, ſed erit ad res malas. Et poteſt tentari, ut dixit Hippo. ꝙ bibat mulier de mellicrato: & ſi fuerit tenſio circa partes umbilici, pregnans eſt: ſi non, non. Et ſigna fœtus ſi eſt mas, uel fœmina, ſunt hęc. Si color mulieris eſt uenuſtior, motus uelocior, uenter recollectus & rotundus, capita, id eſt, papillę mamillarũ rubeæ, erit maſculus. Quia in fœmina color eſt turpis, motus tardus, uenter longus, caput mammillæ nigrum. Et aliter. Diſtilletur lac mulieris ſuper ſpeculum politum, ſi colligitur gutta, & fit ad modũ perlæ, mas eſt: ſi non, fœmina. Similiter ſi projciatur in aquam claram, et diſpergitur cito, fœmina eſt: ſi maneat unita, eſt mas. Et cauſſa aborſus interior, eſt ex humiditate uiſcoſa, aut debilitate uirtutis retentiuę, aut apoſtemate, aut prouocatione ſanguinis. Sed extrinſeca, ut caſus, percuſſio, clamor, ſternutatio continua, aut medicamen laxatiuum, aut fluxus ſanguinis, aut minutio, aut fluxus uentris proprie, ex quibus fit aborſus. Et morbi mammillarum fiunt ex mala complexione. Et ſigna & cauſſa in eis ſunt ut in alijs membris. Et fiunt ex apoſtemate calido, frigido, aut duro. Fit etiam in eis coägulatio ſanguinis, & nodulatio, & dixit Hippo. ꝙ hoc ſignificat ſuper maniam: eo ꝙ uapores ſanguinis nodulati, aſcendunt ad cerebrum. Et ſiccitas mammillæ tempore impregnationis, ſignificat ſuper aliquod accidens malum contra fœtum, aut ſuper aborſum ipſius. Et ſi ſicca ſit una mammillarũ, & impregnatio eſt de geminis, unus eorũ patietur aborſum. Et ſi mãmilla dextra patietur, maſculus: ſi ſiniſtra, fęmina.

A

Impregnationis ſigna.

B

Signa conceptionis maſculi, uel fœmellæ.

Cauſſæ Aborſus.

Mammillarum morbi.

C

## CANON. XLIIII. Ad Tacuinum Quadrageſimum quartum, De morbis Ancharum, & Pedum.

MORBI Ancharum & Pedum ſunt, ſciatica, & dolor articulorum. Et diſtinctio eſt inter ſciaticam, & dolorem articulorum. quia dolor ſciaticæ eſt in ſuperficie oſſis coxę, tendens ad genu, et uſq; ad calcaneum, & extremitatem pedis ex parte ſingulari. Et diſlocatur quandoq; ancha in hac paſſione, ex cauſa uentoſitatis humoris eius, et per longum tempus paſſionis attenuatur pes, et accidit claudicatio. Tamē dolor articulorum habetur cum apoſtemate in aliqua iunctura. Et ſi accidit in iunctura calcanei & digitorum, dicitur podagra: et proprie, in pollice. Si in alijs articulis, dicitur Arthetica: quæ fit ex debilitate articuli, materia fluente ad eum, replente & extendente eam. Et iſta debilitas eſt naturalis, aut acquiſita. Si acquiſita, aut ex labore multo, aut percuſſione, aut expulſione facta a membro nobili ad eum, aut ex aſſiduo cōitu poſt repletionem cibi proprie. Et ob hanc cauſam Hippo. dixit, quod non fit in pueris, necq; eunuchis podagra: quia nō coeunt. Et in eunuchis quandoq; fit, tamen raro: ex uſu regiminis generantis ſuperfluitatem in ipſorum corporibus. Sed in pueris fit minus: ita q dixit Gal. q nō uidit fieri hoc ſingulariter, niſi penes dolorem articulorum genuum & manuum, & ſi hæc fuerit paſſio ex uia generationis in articulis pedis. Et in mulieribus raro fit hæc paſſio, niſi penes retentionem menſtruorum. Et dixit

D

Gal. q uidit hanc paſſionem fieri in muliere, prouocatis ei menſtruis ex uſu nutrimentorum malorum. Et quotiens inuenitur membrum debile, multæ materię fluunt ad illud ex debilitate eius, & in expulſione uitiatum erit inter omnia membra corporis, ideo patit̃ ualde iſtud membrũ. Et materiæ hanc paſſionem inducentes, & artheticam, ſi ſunt ſanguineæ, eos ſequitur inflatio in loco, & læſio: & iuuabilia erunt inflationi dolorũ pulſatorum, frigida ſuperpoſita eidem: & calida ſunt nociua: & regimen præcedens erat generans ſanguinem. Et ſi ſint cholericæ, ſignum ipſorũ erit citrinitas coloris, fortis dolor, & pauca inflatio in locis proximis articulis: & iuuabilia ei ſunt frigida ſuperpoſita, & nociua ſunt ei calida: & regimen præcedens generabat choleram rubeam. Et ſi ſint melancholicæ, ſignum ipſorũ eſt liuiditas, coloris declinantis ad nigredinem, & duricies apoſtematis: & iuuabilia ſunt calefactiua et humectatiua appoſita: & regimen præcedens erat generans melancholiam. Et ſi fuerint flegmaticæ, color ipſorũ erit albus, modicum apoſtema, & dolor erit in profundo membri: & iuuabilia ſunt ei calida ſuperpoſita: & regimen pręcedens erat generans flegma. Erunt etiam ipſæ materiæ cōpoſitæ iuxta quatuor humores. Et habetur ſignificatio ſuper eas, ex diuerſitate ſignorum. Et quando durat per longũ tempus in membro flegma uiſcoſum, creſcit in groſſicie & uiſcoſitate ipſius, & exinde generant̃ lapides. Et quando hoc perficitur, carebit cura: & ſi curatur, mendax erit medicus in cura ipſius.

Sciatica.

Podagra.

Arthetica.

A

CANON. XLV. & ultimus, generalem inſtructionem & obſeruantiã tradens, tam Medico, quam ęgro, in miniſtrandis & ſumẽdis medicinis. etc.

HIS CANONIBVS, ſeu uerius Tacuinorum Scholijs ita præmiſſis, concludendus erit Liber Canonibus quoq; adhibitis ad perficiendum ſummam bonitatem cuiuſlibet curæ, & cuiuſlibet regiminis: ut patiens poſſit per eos duci ad ſalutem corporis abſq; peccato aliquo. In principio igit cognoſcere debemus in tẽpore curę cuiuſlibet morbi, ſpeciem ipſius morbi: non minus diſtinguere eius cauſſam, uirtutem ęgri naturalem, complexionem, & complexionem eius egredientem à natura, ętatem, conſuetudinem ipſius, tempus præſens, & regionem ægri, diſpoſitionemq; omnium uirtutum corporis in tempore morbi. Diſtincta uero ſpecie morbi, & cognita cauſſa eius, cum contrario, & eo qđ gerit locum eius, extirpanda eſt ipſa cauſſa: cum propoſitum ſit in ea extirpare morbum ipſum. quia contrarium, contrarium eius extirpat: & poſt illud ſurgit pars unius in priuatione partis alterius. ut apparet. Subtilianda enim eſt conſideratio in pondere medicinæ, & quantitate, ratione intellectuali, et coniecturatione artificiali. quia propter exitum ponderis medicinæ, quantitatis in aur. 1. egredietur complexio modum eius, & declinabit ad morbum: & plus iudicandum eſt in hoc tanq; minori. Quare inſpiciendum eſt ſubtiliter in ſpecie morbi, & cura eius in omnibus prædictis canonibus. Et ſi ſint omnes, aut pars ipſorum attribuens iuuamentum morbo, augendũ eſt in quantitate medicinæ: &, econuerſo, ſi ipſi canones, aut pars ipſorum ſint tribuentes iuuamentum medicinæ in contrarietate morbi, diminuendum eſt in quantitate medicinæ iuxta modum iuuamenti ipſorum: ita tamen, quod non egrediatur modus medicinæ metas ſpeciei morbi. Quia non eſt curandum calidum niſi frigido, & gerentibus uicem eius: neq; frigidum niſi calido: tamen augendũ eſt, & diminuendũ in quolibet ipſorum iuxta modum ſupra dictum. quoniam in ea quãtitate in quia erat peccatum in regimine morbi, erit id quod generatur ab eo. Metam quoq; curæ morbi, & regionis, perfectũ modũ ſequi, dinoſcitur, quando ſedet ſuper terminos qualitatum & quantitatũ ipſius, obſeruata prius dignitate uirtutis corporis. Quia conſeruatio uirtutis, utilior eſt curatione morbi, quotiens cura morbi inferre cognoſcit uirtuti debilitatem. Cum finalis extirpatio morbi nulla fiat, niſi per eandem uirtutẽ quæ data eſt a Deo ſublimi & glorioſo in quolibet corpore. Virtus eñ cum morbo tres habet conditiones. Aut enim morbo erit fortior: & dominabit ei. & tunc non erit ei opportuoa medicina alicuius medici: ut apparet in pluribus ægris, qui ſanantur abſq; medicamine alicuius medici. Aut erit debilior eo: & morbus dominabit uirtuti, & dubiũ eſt de perditione infirmi: tunc opportuna eſt curatio medici in ipſa diſpoſitione. Aut erit ęqualis morbo: et ex eo, q tunc dubirandũ eſt ſup ęgrum de malicia morbi, opportunum ei erit regimen medici: ad conſeruandũ

B

C eum ſuper id in quo eſt: & tunc non erit ita opportunus ei medicus, ſicut quando uirtus eſt debilior morbo. Aſſimilantur uero uirtus & morbus pecuniæ capitali & ludicro lucro: & medicus mercatori. Nam mercator peritus inſpiciens diligenter mercimonia eius, qualiter empta fuerunt, niſi ea poſſit uendere cum lucro (uidelicet morbũ curare cum obſeruatione uirtutis) ſeruabit pecuniam capitalem in uenditione mercimoniorum (ſcilicet uirtutem corporis) Virtus etiã aſſimilatur uiatico uiatori: & morbus quantitati itineris uiæ: & ſtatus morbi, loco quæſito ipſius itineris. Nam peritus uiator parare tenetur uiaticum ſufficiens in ſuo itinere, iuxta longitudinẽ itineris & uiæ eius, donec applicabit loco quæſito ipſius itineris. quoniam ſi deficit uiaticum ante aduentum eius ad locum quæſitum, periculum patietur: & ſi ſufficit, ſaluabitur. Similiter poteſt dici de uirtute corporis reſpectu ſtatus. quia ſi fortis ſit, ſufficienter pugnabit contra morbum, et aduenienteſtatu morbi, ſaluabitur ęger: quod ſi debilis eſt ante ſtatum morbi, dubitandum eſt in eo tempore, ne ſuperueniat periculum. Qua de cauſſa, cum diligentia & ſtudio magno regenda eſt uirtus corporis, cum condigna conſeruatione in qualibet cura morbi. Hinc uero medicum decet, quod ſemper ſtudeat, ut quotiens poterit ægrum regere cum nutrimento conuenienti, non permittat eum uti aliqua medicina: etiam ſi curari poterit medicina leui et debili, nullã audaciam ſequatur in cura eius, cum tranſgreſſu medicaminis fortioris. Et ſi uiderit in cura eius ſufficere ſimplicem medicinam, nullam ei tribuat com-

D poſitam: cum propoſitum ſit, in eadem cura, ſimpliciter extirpare morbum. Et cum de leui, & cum leui extirpari poteſt morbus, uirtus ægri in cura ipſius tradatur labori medicaminis fortioris. Etiam non decet medicum, in cura alicuius ægri uti medicinis alienis: niſi per firmam experientiam ab expertis datam, ex quibus ſequitur proprium iuuamentum. Neq; ſecura tenetur experimentia alicuius mulieris uetulę, et ſimilium. quoniam poſſibile eſt, ipſa conuenire alicui naturæ, & alicui non conuenire. Cautela etiam adhibenda eſt cũ digna diligentia, in donatione medicaminis laxatiui, ſeu uomitiui, quod ſcilicet non detur niſi penes opportunitatem eius manifeſtã, prius eminente corporis uirtute & ſui potentia, cum tempore ætatis iuuenilis, & aëris æqualitate. Vnde ſi æger indigeat euacuatione in aliquo morbo eius, ubi eminet potens uirtus, audacter fiat euacuatio iuxta modum opportunum. Et ſi uirtus eminet mediocris, mediocris fiat euacuatio. Et ſi debilis natura, fiat euacuatio non niſi poſt confortationem & reſtitutionem eius, factas ei cũ bonis odoribus, & nutrimentis conuenientibus. Euacuatio quoq; in iſto lib. ubicũq; dicĩt, conditionalis eſt, & faciẽda manifeſtis ſignis apparẽtibus repletionis, forti uirtute, æqualitate temporis, & regionis. quia eſt aliqua regio fortis caliditatis, uel fortis frigiditatis. Etiã priuatiõe maciei intenſæ, & æqualitate iuuenilis ætatis. cũ euacuatio in pueris & ſenibus ſit fallax: ita tñ, quod patiẽs non ſit paſſus aliquo tempore dyſenteriam, uel diariam, uel ulcus in inte

Cautela.

ſtinis, ex cuius ueſtigio uiciatus eſt aliquis locus in eis: qui tranſibit medi A
camen cum humoribus corruptis. Quare cautela adhibenda eſt, in cuius ſimilitudine accidat primum, exinde ſecundam. Danda eſt etiam medicina laxatiua, ad euacuandum illud quod nociuum eſt in humoribus. Et opportuna eſt eius eductio, & nõ eſt miſcenda cum aliqua re euacuante humorem diuerſum ei de humore lædente corpus, cuius generatio iuuabilis eſt ei: qm̃ ſi hoc fit, inducit lęſionem magnam. Et ſi opportuna eſt euacuatio eminente uirtute debili, nulla fiat, niſi poſt confortationem uirtutis. Et ſi tempus eſt æſtiuum, refrigetur aer circumſtans locum ægri: & penes hoc poteſt fieri euacuatio ſecura. In hyeme uero minoris fallaciæ euacuatio eſt celebranda. Euacuandus enim, ſi competit, locari debet in loco tepido. Et ſic conſyderandum eſt cum reliquo remedio in regione fortioris coloris, uel frigoris. Macilentus enim nullo modo debet euacuari, niſi in modica quantitate, datis ei prius nutrimentis bonis, uelocis digeſtionis. Pueri etiam, & ſenes, nullo modo debent euacuari, niſi penes neceſſitatem magnam, cum rebus ſubtilibus, tamen paucis, aut uentoſis. Quod ſi acciderint duo morbi diuerſi in corpore, quorũ cura unius contraria eſt curę alterius: curandus eſt magis lædens et impediens uirtutem nulla poſtea adhibita negligentia in morbo alio. Etiã ſi ſequitur accidens, cuius cura contraria eſt curæ morbi a quo fit, & ipſum accidens inducit debilitatem uirtutis: in primis remouendum eſt illud accidens, & poſt mitigationẽ accidentis ſequenda eſt cura morbi. Sicut datur medicamen B
ſtupefactiuum penes dolorem uehementem colicæ, quamuis ſit augens in colicam, tum utile uidetur ad mitigandum dolorem fortem debilitantem uirtutem. Interrogatio etiam diligenter facienda eſt ægro præſentialiter, de diſpoſitionibus eius. Non minus ſæpe uiſitandus eſt æger in diuerſis temporibus. Cum niſi ęgris adſit medicus, impoſſibile eſt ipſum recitare diſtincte id quod patitur de accidente, & morbo. Etiam quotiens ſit dubia cognitio morbi alicuius membri, & ignoratur qualitas ſpeciei ipſius: tentanda eſt ipſius diſpoſitio cum calefactione ipſius membri actualiter, aut infrigidatione, humectatione, aut deſiccatione, cum eo ſcilicet quod caret fallacia: ut curari poſſit morbus cum re iuuante eum abſq; dubio. Et ſi firma cognitio non habetur de morbo per uiam aliquam correctionis, uel alicuius noticiæ urinę, non debet aliqua cura fieri in eo, neq; permutari complexio, neq; aliquis humorum euacuari, ſed tantum conſeruetur uirtus cum nutrimento æquali. Et ſi æger caret appetitu, nullo nutrimento utatur, donec emineat uirtus fortis. Sed ſi debilis, nutriatur: & hoc ſuſtineatur, donec ſpecies morbi ſit bene cognita, quia modicum opus cum ſecuritate, melius eſt multo opere cum dubietate. Ideo omnis medicus in cura eius ſtudere debet, ægri iuuamentum ſequi, non utendo eo cuius læſio non erit ſecura. Et æger cauere debet, quod nõ ſequatur appetitum ſuam: timẽdo ſemper morbos repletionis, & humorum corruptorum, ut artheticam, &

C hydropi[illegible]m. Tum aliquantulum uti poteſt appettu eius in morbis ina-nitionis, ut in ethica, & ptiſi. Et confortandum eſt cor ipſius cum ſalute. Et de neceſſitate finis curæ, ut nutriatur ad minus cum nutrimento con-uenienti. Etiam ſi ęger appetat aliquam rem forti appetitu, illa res non eſt prohibenda in modica quantitate, & in multa quantitate promittatur ei. Et res quæ danda eſt, ſi indiget correctione, corrigatur. quoniam modica quantitas illius rei non auget humorem lædentem, neq; mutat comple-xionem. Et cautela ſi adhibetur, in parte laudabilis eſt, nõ tamen in toto. Et licet parcendũ ſit ei, non eſt tñ adhibenda fortis cautela in eo quod fu-turum eſt quia niſi concedatur, ægro ſumere modicum ſecundum appeti tum eius, poſſibile eſt, quod eum prouocet fortis appetitus ad ſumendũ multum cum nocumento ipſius, & parcendo cum intenſitate, medicus in ferat quandoq; nocumentum: quare medium tenuere beati. Et ſi alicu-ius ægri appetitus declinat ad ſumendum aliquod medicamen, & ad ali-ud non declinat, licet modicum inde refutatum habeat, iuuare ægrum in ipſo morbo magis, quam illud ad quod appetitus declinat, melius eſt q̃d ſumat illud ad quod animus eius declinat. quia iuuabilius erit ei. Et non niſi aliqua pars attributionis conuentionis ſit in hoc, quare declinauerit appetitus ad illud: & non niſi aliqua pars diuerſitatis inconuenientis ſit in alio, qua de cauſſa inimicaretur ei animus eius.

*Appetitus ægri.*

Et ſi quis indiget e-

D uacuare aliquem humorem de corpore eius, & horribilis uidetur ei accę ptio medicinæ: ſi ipſe humor ſit cholericus, euacuetur eum ſyrup. roſa-rum, infrigidato cum niue & ſcamonea, uel cum beginig: ſcilicet cum pa-ſta plena de amygd. infuſa poſtea in iulep: addatur tamen zuccarũ cum amygd. ad modũ auellanæ, frixis in oleo amygd. aut ſyrup. ſimpli-ci infuſis: aut offera: aut diaprunis, & ſimilibus. Et ſi phleg-maticus humor ſit, euacuandus eſt cum turbit nouo, et agarico, poſitis per noctem in aliqua re prædicta confecta, iuxta modum diſpoſitionis & op-portunitatis in aliqua re, & in deco-ctione, uel ſyrup. ſecundũ con-uenientiam & opportu-nitatem. Si ſangui-neus, non eſt euacu-andus niſi cum minutione: unde ſubtiliandum et acuendum eſt inſtrumentum ferri: finaliter & ungendus eſt oleo locus minuẽdus. Si modicæ carnis eſt, ungatur, & calefiat in hyeme cum aqua calida. quia minutio tunc erit minoris doloris.

Inter cætera dicta dicendum etiam eſt de ſignis prognoſticantibus e-uentum morborum: ut quilibet ipſorum morborũ ante aduentum ipſi-us, prout competit, dignis remedijs extirpentur.

| SIGNA SANGVINIS. | HIS ACCIDIT | MORBI SANGVINIS. |
|---|---|---|
| Pigricia. | Dulcedo oris impura, | Sinocha, |
| Laſſitudo, | ſed mixta cum amari- | Morbilli, |
| Alices, | tudine, uiſcoſitate, ſal- | Blacteæ. |
| Oſcitatio. | ſedine, aut acetoſitate: | Epidimiales morbi |
| Multus ſomnus. | uidere in ſomno res ru- | Maſara |
| Grauedo capitis. | beas, aut ſe ſubiectum | Squinantia, |
| Mens impedita. | quaſi oneri graui, ſunt | Fluxus ſanguinis |
| Perturbatio ſenſus. | cauſæ ſuper repletione | e naribus |
| Prauus appeti- | ſang. & indicant mor- | Obthalmia, &c. |
| tus cibi. | bos futuros ſanguineos. | |

| SIGNA CHOLERAE, | HIS ACCIDVNT | MORBI CHOLERICI. |
|---|---|---|
| Citrinitas coloris. | In ſomno res citrinæ. | Tertiana |
| Amaritudo oris. | Vſtiones. | Derſam |
| Punctio oris ſtom. | Coruſcationes. | Pleuriſis |
| Ardor. Nauſea | Lites: quæ ſignificant ſu- | Colica |
| Lamentatio. | per dominio chole- | Ictericia. |
| Sitis ualida. Sicci- | ræ rubeæ, | Formica. |
| tas linguæ | Prognoſticantes morbos | Et cæteri. |
| Vrina citrina. | futuros cholericos. | |

| SIGNA MELANCHOLIAE. | HIS ACCIDIT | MORBI MELANCHOLICI. |
|---|---|---|
| Liuiditas coloris. | Somnus perturbans, | Quartana. |
| Acetoſitas oris. | et horribilis. Viden- | Morphea in lepra. |
| Paucus ſomnus. | tur mœrores, res ni- | Cogitatio mala |
| Multa cogitatio. | græ, & obſcuræ, | Defectus mentis |
| Malus animus. | Turbedo aſpectus. | Cancer Apo- |
| Macida facies. Stri- | Prognoſticant morbos | ſtema durũ. Vari- |
| ctura ſup os ſtom. | melancholicos futuros. | ces. Dolor ſplenis. |

| SIGNA FLEGMATIS. | HIS ACCIDIT, | MORBI FLEGMATICI. |
|---|---|---|
| Pigricies. Tarda | Pauca digeſtio. | Quotidiana |
| mens. Negligen- | Albedo coloris. | Apoſtema molle |
| tia. Fluxus ſaliuę. | Videntur in ſomnis | Paraliſis |
| Multum ſputum. | flumina. Nix, | Tortura oris |
| Multus ſomnus. | Pluuia, Incubus, | Apoplexia |
| Grauedo capitis | Prognoſticant futu- | Epilentia |
| Inflatio faciei. Pau- | ros eſſe morbos | Et ſic de aliјs. |
| cus appetitus cibi. | flegmaticos. | |

C Morphea alba, ſignificat baras futurum.
Multi carbunculi, prognoſticant dubayla futurum.
Multi noduli, prognoſticant dubayla futurum.
Raucedo uocis, rubedo faciei cũ aliqua liuiditate, prog. lepram futurã
Imaginatio cimicum, muſcarum, & pilorum in oculis, niſi ſint a ſtomacho, progno. deſcenſum aquæ in oculis.
Iectigatio faciei, progno. torturam oris.
Soda aſſidua, prog. cæcitatem, & proprie in ſeneſcentibus.
Iectigatio tocius corporis, progno. ſpaſmum futurum.
Febris acuta, conſtipatio naturæ, uigilia, planctus, liuiditas oculorum quotiens accidit in pueris, prog. ſpaſmum futurum.
Incubus ſi accidit multum, progno. epilentiam futuram.
Inflatio faciei, & rubedo uenarum oculorum, cum ſoda, prog. ſirſen & birſen futuram.
Anguſtioſa cogitatio, & puſillanimitas abſq; cauſa exteriori, prognoſticant maniam. & melancholiam futuras.
Reumata multa, cum macie corporis, & pectoris ſtrictura, ſignificat ptiſim futuram.
Ponderoſitas lateris dextri, & albedo egeſtionis, progno. ictericiam futuram ex opilatione.
D Inflatio palpebræ inferioris, prog. hydropiſim futuram.
Aſſidua torſio doloroſa circa umbilicũ, prog. hydropiſim tympanitẽ.
Nauſea, cũ uentoſitatibus in parte dextra et ſiniſtra, in hypocundrijs, cum defectu appetitus cibi, progno. colicam futuram.
Ponderoſitas utriuſq; flanci, & extenſio ipſorum, progno. apoſtema in renibus.
Hypoſtaſis arenoſa, prog. lapides futuros in renibus.
Hypoſtaſis ſimilis litargyro trito, proog. lapidem futurum in ueſica.
Aſſiduus ardor urinæ, prog. ulcera ueſicæ, & ueretri.
Torſio & ardor partiũ inferiorũ cum fluxu uentris, prog. dyſenteriã.
Aſſiduus ani pruritus, progno. hæmorroides.
Mutatio coloris poſt ſanationem alicuius morbi in eo, progno. exituram futuram.
Perturbatio cerebri poſt percuſſionẽ, aut caſum, prog. apoplexiam.
Soda & dolor ſtomachi in principio ægritudinis, prog, ſubeth.
Iectigatio partium inferiorum hypocundriorum, progno. apoſtema in diafragmate.
Priuatio mundificationis ſputi in empicis & pleureticis poſt. xl. dies, progno. ptiſim.
Sputum rotundũ in pleuriſi, ſi durat per longũ tempus, prog. ptiſim.
Aſſiduus fluxus uentris habenti in utero, prog. aborſum fœtus.
Contabeſcentes mamillæ in habente in utero, prog. aborſus fœtus.
Nodulatio ſang. in mamilla, progno. maniam futuram.

Duricies mammillę habentis in utero, ſignificat dolorem futurum aut anchis, aut oculis. A

Fluxus inteſtinorum habentis in utero, ſignificat ꝙ fœtus ægrotat.

Abundantia lactis habentis in utero, ſ₃cat debilitatẽ uiſcerum futurã.

Mulier niſi poſt partum bene mundificetur de ſang. partus, ſignificat morbum in ea futurum, aut apoſtema in matrice, aut in epate.

Apoſtema accidens ex cauſa uulneris ſi ſubito abſentetur, ſi uulnus eſt partis poſterioris, prog. ſpaſmũ: ſi anterioris, maniam, uel fluxum uentris, uel pleuriſim, uel peripleumoniam.

Et ſummarie, quotiens caliditas, uel frigiditas egreditur modũ naturalem, uel ſudor quotiens accidit in aliquo membro, prognoſticat morbũ futurũ in ipſo membro, & præcipue quotiens mutatur aliqua diſpoſitio naturalis de modo eius cõſuetudinis approbatę, prog. morbum futurũ.

Hic forte aliquis dicet. Dignum & ſufficiens nobis eſt, uti medicina breuiter: eo ꝙ ſufficiens erat aliquibus medicis noſtri temporis, de aqua ordei, ſeminũ, ſyr. acet. & tamarind. tamen ſi adeſt fluxus intenſus, derelinquendi ſint tamarindi. Et nulla abhibenda eſt æqualitas, aut diſtinctio in ſpeciebus febriũ, ſed ſi aliquotiens augetur febris, nutriendus eſt cibo agreſtæ, aut re proxima eius regimini, in eo quod competit ipſi tempori: credendo cum ipſo regimine conſeruare uirtutẽ. Multiplicata eſt audacia euacuatione inutili, et derelictis medicinis diſtinctis ad utilitatem cuiuſlibet morbi, & in eo quod ad cõſeruandam uirtutẽ uidetur utile, ac dubietate remota, alias adhibita, curando morbũ frigidum cum medicinis calidis. Non minus ſuperpoſitionis emplaſtrorũ prohibitiõe, in eo, quod emplaſtrandum eſt: et paucitate conſyderationis in conſeruatione uirtutis, quæ dicitur pecunia capitalis. Et dimiſſis dictis antiquorum medicorum approbatorum in curatione morbi, in eo cuius firmum eſt experimentum, & uerificatum, eſt utilitas iuxta ordinem cuiuſlibet morbi excuſat ſe in omnibus hijs: ꝙ complexiones mutatæ ſunt, & curę quæ ſunt in libris antiquorum medicorum, irritæ ſunt & priuatæ. Obiectio. B

Reſpondendũ eſt huic cõtradictori: ꝙ medicus qui breuiter utitur eo quod dictum eſt, expulſus eſt a dignitate ſcientiæ: propter durabilẽ perſeuerationem eius in quiete & pigricie mentis eius, & ſubiectionem executionis uoti eius. Et ſi executio uoti eius, & pigricies, ſunt fundamenta eius quietis, eum expellentes a ſalute, ſe addiderũt periculo & uituperio manifeſto. Dicitur enim pigricies, non uideri pecunia carere, & ſollicitudo pons uictorię prędicatur. Dixit nempe Hippo. Vita breuis, ars uero longa. Vnde breuis eſt uita hominis, ad diſtinguendum rationem ſcientiæ medicinæ. Et hoc eſt contra opinionem quorundã, dicentium, ꝙ medicinæ documentũ tradendum eſt in una hora. Et medici rationis cõtradicunt dictę ſectæ ingenij: unde dicũt, ꝙ poſſibile ſit, ꝙ tradat̃ documentum medicinæ in ſpacio ſex menſium. timoroſa eſt em̃ penes eos, calida medicina in cura morbi frigidi, ex ignorantia ipſorum in iuuamentis, Reſponſio.

C extimatione habita, ꝙ breuis cura facta cum medicinis frigidis, eſt mino ris fallaciæ & nocumenti: & nõ reſpondet ratio extimationi eidem. cum uſus medicaminis frigidi, ſit maioris nocumenti in loco inconuenienti eius, ſicut uſus medicaminis calidi in loco incongruo. Et ſi aliquis contra dicat: ꝙ ſi utimur medicamine frigido in loco inconuenienti ei, nocumentũ eius nõ erit ut uſus medicaminis calidi in loco incongruo eius. Reſpondendum eſt ei, ꝙ eius iudicium nõ eſt firmũ, & oppoſitio eius reuelat ignorantiã eius. quia ſecundum rationem nulla diſtinctio eſt inter ea. Sed audacia facta eſt in intenſa euacuatione abſq; opportunitate eius: & paucitas conſeruationis uirtutis eſt maioris periculi. Et iam dictę ſunt certæ conditiones, quæ obtinendæ ſunt in cura cuiuſlibet morbi, iuxta ꝙ ediderunt periti medici, conſecutis prius cõditionibus prędictis in cõplexione, ætate, diſpoſitione aëris, & aliorũ de quibus facta eſt adæquatio condigna ſtudio & poſſe toto. Ignorata quidem intentione antiqua, eorũ ignorantiam occultant: dicentes, ꝙ dictum peritorũ eſt iuſtum: cũ ſit ſignificans ſuper uiam ſalutis: tamen occultũ ſenſum habet, & manifeſtum. Et hoc certum eſt contra eos: ꝙ manifeſtus ſenſus dicti ipſorũ non poteſt firmari niſi poſt cognitionẽ medullæ ſenſus occulti ipſius. Et per ſtudiũ ſatis faciens reuelatur rectitudo. Et qualiter id quod remouet morbum, poterit cõſeruare uirtutem: & uirtus nõ ſeruatur niſi conſimili. Et D morbus nõ remouetur, niſi per contrariũ: & qualiter ſimile & contrariũ poſſit indicari unum: et qualiter id quod remouet frigidum, poſſit remouere calidum: cum ſint duo contraria: quorũ unum nõ inuenitur, niſi in priuatione alterius. Et abſtinentia cibi penes eos facta in cura cuiuſlibet febris. quia antiqui intellexerũt ꝙ in aliqua febre debet cibari patiens poſt paroxiſmum, & in aliquo tempore paroxiſmi. ut cũ fortis debilitas uirtutis adeſt, et dubitatur ne deficiat ex uiolentia paroxiſmi. Et in alio nulla eſt tradenda nutritio. Sed aliquãdo dubitaſ de aqua ordei. Et uiri medici regimẽ propriũ diſtinguunt cuiuſlibet morbi. Et ſi morbus eſt uelocis declinationis, ſubtilis materię, eminente uirtute forti, regẽdus eſt patiens cũ dieta ſubtili: & econuerſo. Quare facienda eſt dieta iuxta morbos ipſorũ. Vbi uero dixerunt, ꝙ cõplexiones mutatę ſunt: intentio ipſorũ debet declarari ſic. Vtrum cõplexiones in toto mutatæ, an in parte, & ſi intentio ipſorũ ſit, ꝙ in toto intellectualis ratio dictum eorũ refutet. quia neceſſario cõplexiones erunt æquales, aut inæquales: ſingulares, aut cõpoſitæ. Si ſingulares: aut cholericæ, aut frigidæ, humidæ, aut ſiccę. Si cõpoſitæ, aut calidæ aut humidę: aut calidę et ſiccæ, frigidæ aut humidę, aut frigidæ aut ſiccæ. Et ſic de dicto ipſorũ intelligitur, ꝙ complexiones ſunt mutatę: ꝙ in eis eſt addita decima cõplexio ultra quã dictum eſt in ipſa diuiſione rationis. Et ſi intẽtio eſt: ꝙ in parte, mala eſt loquela ipſorꝝ in hoc, & nõ minus intentio. Sed iam in loquela reprobatũ eſt dictũ ipſorũ, ubi dixerunt: ꝙ mutatæ ſunt in toto: poſſibile eſt, ꝙ intentio ipſorum ſit, ꝙ complexio calida in hoc tempore dominatur ſuper hanc regionem: et ſi ſuper hoc cadit intentio ipſorũ, licet non ſequatur eam ipſorum loquela,

Diſtinctio regimis morbi.

notum eſt, quod iuxta eam utendum eſt, eo quod dixerunt medici, ad curandum morbum frigidum cum medicamine calido, in ętate, regione, & aere, prout competit. Et ſi quis allegat: qualiter hoc intelligendum, et quare ſi complexio calida dominatur ſuper aliquã regionẽ aliquo tẽpore, nõ utimur medicamine calido in cura morbi frigidi: licet hoc raro inueniat. Medici dixerunt certam ſignificationem ſuper quamlibet regionem multæ caliditatis, aut frigiditatis. Vnde certificata ſpecie morbi, & cognita cauſſa eius, conſequutis conditionibus prædictis, utendum eſt in eis medicamine iuxta modum ipſarum: & ſi morbus eſt calidus, curandus eſt cum frigido: ſi frigidus, calido. Et ſi complexio calida dominatur ſuper aliquam regionem, utendum eſt medicinis calidis: in alijs regionibus, frigidis. Et ſi dominatur in aliquo tempore in quo dominabatur frigiditas, conſeruandæ ſunt conditiones regiminis quæ conſeruantur in hyeme, uel æſtate: nã de frigiditate hyemis non poteſt dici ſicut de caliditate æſtatis. Et ſi dicat, quod omnis regio eſt calida, & in qualibet complexione non diuerſificatur hyems et ęſtas, neq; ęthiopes, neq; ſcoti. Et ſi hoc eſſet, negaretur ab eo teſtificatio rei certæ: & quilibet homo licet tempus agat aliquid in complexione eius, ſi credit quod hoc agat in quolibet animali, & uegetabili, ſubuertendo naturam cuiuſlibet frigiditatis ipſorum ad caliditatem, ſequeret quod portulaca fieret calida, & lactuca: & quod complexio frig. cuiuſlibet animalis, poteſt mutari ad caliditatẽ agentẽ in tempore in eam. certificata enim ſunt per medicos famoſos ſigna caliditatis & frigiditatis. Vnde prout inuenimus ſigna ſignificantia ſuper morbos ipſos, remouere debemus cum eis contraria. Vbi uero contradixerũt, prohibẽdo emplaſtra: certũ eſt, ꝙ medici cõpoſuerunt de hoc lib. et dixerunt utilia, & ipſorum utilitates. Et iam intelleximus per aliquos, quod ipſi ſic allegant: quod impoſſibile eſt, ut aliquod emplaſtrum non ſit calidum, aut frigidum. Et ſi calidum, attrahet ad locum cui ſuperponitur ſuperfluitatem additam ſuper eam, quæ eſt in eo: ſi frigidũ, prohibet diſſolutionem eius quod eſt in eo. Et hæc allegatio eſt inepta. cum dictum eorum iaceat ſuper diuiſionem inſufficientem. Secuti ſunt in omni diuiſione hoc quod non debent ſequi. Inſufficientia uero diuiſionis oritur tali modo. Quia qui diuiſionem alicuius rei debet facere habeat præſentes omnes diuiſiones rei integræ quam diuidere conatus eſt, & eas diuidat ordinarie: et ſi aliqua pars diuiſionis occultatur, & non manifeſtatur, contradictori eius dicere poteſt, quod talẽ diuiſionẽ negaſti: & id quod dixiſti, quod impoſſibile eſt, quod omne emplaſtrũ nõ ſit calidũ, uel frigidũ, non eſt uerũ. quia poſſibile eſt, quod ſit temperatũ: ergo nec cal. nec frig. Etiã ſequuti ſunt in ꝗlibet diuiſiõe dicta per eos id ꝗd nõ debẽt ſequi tali modo: dicẽtes, quod cal. attrahet ad locũ ſuperfluitatẽ. Et hoc eſt ineptum, imo falſum. quia poſſibile eſt, quod ſit calidũ, & non attrahat. quia inuenitur cal. non attrahens, ſed turbans, diſſoluens, & congelans ſicut medicinæ calidæ diſſolutiuæ, quæ diſſoluunt, & non attrahunt ſuper-

C fluitatem ad locum. ſicut camomilla quæ diſſoluit, & attrahit de ſui pro=prietate. Et corpore purgato, licet aliquis locus in eo emplaſtretur cum eo quod diſſoluit & attrahit, non attrahetur aliquid per id propter pur=gationem corporis præcedentem. ut patet in adamante, qui non attrahit niſi affuerit ferrum: & eſt ſimile de humore peccante ſuperfluo, qui ante purgationem ab emplaſtris attrahitur, ſed poſt euacuationem non, ſed diſſoluitur. Etiam ubi dixerũt. Sed frigidum prohibet diſſolutionem: non uerum, quia poſſibile eſt, quod emplaſtrum ſit frigidum, & non pro hibeat diſſolutionem, ſed erit frigidum & diſſoluens. ut farina ordei, aqua permanens. In quo eſt ſecretnm ſecretorum medicorum antiquorũ & philoſophorũ. Etiam aliqui dicunt, quod quãdo emplaſtrum eſt fri gidum, reuocat calorem ad interiora corporis. Et hoc dictum eſt diuer=ſum alteri. quia reuocatio caliditatis, neceſſario diſſoluit ex ui caliditatis inmiſſæ. Verumtamen de ſuperpoſitione rei frigidæ, ſi durauerit ſuper membrum, licet in primis fugiat caliditas ad interiora, tamen ob aſſidui=tatem eius continuabit frigiditas eius, cum interioribus ſuis, itaq; fient u=num & idem. Quia in habentibus ſymbolum, facilis eſt tranſitus. Res e=tiam frigidæ iuuant ad diſſoluendum. quia quotiens calefit membrum, egreditur ab æqualitate complexionis in membro debilitãte illud, & de=bilitatum non poteſt diſſoluere id quod in eo eſt: tamen quando ſuperpo nitur ei frigidum, infrigidando illud, inducit ad æqualem complexio=nem, et uirtutem: & uirtus corroborata in eo, diſſoluit id quod obtinetur in eo. quia quotiẽs membrum fit in ęqualitate, attrahit ad ſe iuuamenta,

D & expellit nocumenta: & res reducta ad naturalem complexionem redu=cetur ad conſuetudinem Et ſi aliquis dicat: ſi ponatur calidum cum fri=gido, nullius erit utilitatis, & effectus unius irritabit effectum alterius. Di cetur ei, quod non, ſed magnæ utilitatis erunt, & inducentur ad æqualita=tem. Suſcitatur enim ab ęqualitate effectus æqualis, & diſſoluet propter caliditatem quę eſt in eo, et prohibebit ſuperfluitatẽ: et infrigididabit pro pter frigiditatẽ, et mortificabit mortificatiõe utili et ꝓ futura. Ergo in quo libet ipſorum eſt magna utilitas, ſi compoſitione elementali fuerint con=tinuata, & debito regimine naturę recta. Et non ſequitur q̃d dicitur: poſt=q̃ compoſitio cadet inter ea, paratur utilitas cuilibet eorum. cum compo=ſita plura ſint de calido & frigido, & ex ęqualitate ipſorũ exeant utilitates & iuuamenta in eo ſuper quod fuit compoſitio ipſorũ. Vnde cum mor=bus habeat quatuor tempora, ſicut annus. ſ. principium, augmentum, ſta tum, et declinationem, quodlibet ipſorum temporum exigit medicamen diuerſum alijs tẽporibus. quia Principiũ exigit res confortatiuas, et reper cuſſiuas, ſcilicet frigidas, & prohibitiuas: et cum tunc in ipſo tẽpore prin=cipium inanitionis ſit, & in mẽbro non ſit de quantitate, de qua dubitan=dũ eſt de priuatione diſſolutionis, illud tempus exigit id quod ꝓhibet ma nationem ad membrũ, & reſtitui ei uirtutẽ ad expellendũ. Tempus ỽo augmẽti exigit id q̃d diſſoluit, adiuncto tñ cũ eo quod infrigidat. Et hinc

et hinc poſtea contiugit etiam, quod tempus ſtatus, eo quod manatio eius finem habet, exigit id quod diſſoluit, tamen adiunctum eum eo quod infrigidat cum multa diſſolutione, & id quod infrigidat cum minore infrigidatione. Tempus autem declinationis, diſſolutiua abſq; infrigidatione. Et cum tunc materia ſit in principio diſſolutionis, & uirtus ſequetur, eſt uictoria ſuper morbum. Etiam dixerunt periti medici de iuuamentis emplaſtrorum in toto, cui opportuna uidentur. Et ſi quis dicat: quod incompetens eſt ſuperpoſitio emplaſtrorum. Dicere debet, quod medici peccauerunt ubi dixerunt, quod iuuabilis eſt ſuperpoſitio emplaſtrorũ: aut quod competens erat ipſorum ſuperpoſitio: tamen nunc amiſſum eſt iuuamentum ipſorum ad corroborãdum errorem ipſorum. quod tñ falſum eſt et erroneũ, quia medici uerũ dicunt, & affirmãt, ꝙ emplaſtrũ proximũ ſit mẽbro cui ſuperponit̃: cũ rebus alijs ſumptis et bibitis, eius effectus maioris iuuamẽti erit. quia res ſumptę & bibitę multã mutritionem ſequuntur, anteq; competentes ſint membro, debilitatis uirtutibus ipſarum, non ad modũ emplaſtri, in eo tñ ſunt manentes abſq; aliqua diminutione effectus eius. Et de Canone Curarũ hoc iuſtũ uidebat̃, quod medicamen continuetur cum membro curando de proximiori loco et utiliori ipſius. Et ad id quod dixit, quod emplaſtrũ iuuabile fuerit: tamen defecit iuuamentum ipſius, propter mutatiõem locorum, complexionũ, & temporum anni, ſatis factum eſt ei ſuperius qualiter intentio ipſorum inepta. Et Deus excelſus ſubueniat nobis, ad diſcernendum ſcientiam ueram, inducendo nos ſua gratia ad rectitudinẽ, & ſemitam rectam, iungendo ſiccum humido, in quo totum iacet magiſteriũ: cũ ipſe ſolus, fons, et origo omnis ſciẽtiæ exiſtat, intellectuſq; creatæ et increatæ. Cui laus ſit & gloria ſemper per infinita ſeculorum ſecula,

AMEN.

## INDEX CANONVM præmiſſorum in ſingulos Tacuinos ſequentes.


Intellectus, & partitio uniuerſalis Tacuinorum III

Tabula uniuerſalis ægritudinum, & morborum cum ſpeciebus eorundem VI VII

CANON

Febris Ephimeræ VIII
Febris Putridæ X
Apoſtematum XI
Morborum ſuperficiei corporis ex cauſſis interioribus non appropriatis alicui membro XII
Morborum accidentium Capiti, & Faciei XIII
Morborum accidentium Manibus & Pedibus XIIII
Vulnerum, & Vlcerum eo.
Combuſturæ ignis, extractionis telorum, ſpinęq́ percuſſionis item cum fuſtibus. XV
Morſuum & punctorum animalium uenenoſorũ XVI & ſeq.
Medicinarum mortiferarum XVIII. XIX
Sodæ, & ſpecierum eius XIX
Morborum Cerebri XXI
Medullæ ſpinalis XXIII
Palpebrarum XXIIII XXV
Coniunctiuæ XXVI
Corneæ eo.
Vueæ, Criſtallinæ. &c. XXVII
Neruorum Viſus, & dolorũ Aurium XXVIII
Narium XXIX
Odoratus, & Linguæ XXX
Labiorum, Oris, & Dentiũ eo
Gingiuarum, & Vuulæ XXXI
Morborũ Gutturis, Epigloti, Pulmonis, & Cannaliũ ipſius eo.
Sputi ſanguinis, & ſaniei: morborum item panniculi, cerebri, diafragmatis, & Cordis XXXIII
Morborum item Cordis XXXIIII
Hyſophagi, & Stomachi XXXV
Stomachi item XXXVI & ſeq.
Inteſtinorum, & partium inferiorum XXXIX
Epatis XL
Hydropiſis, morborum item Fellis, & Splenis XLI
Splenis item, & Renum XLII
Veſicę, Sifac, et Teſticulorũ XLIII
Teſticulorũ item, et Veretri XLIIII
Matricis eo. & ſeq.
Mammillarum XLVI
Ancharum, et Pedum XLVIII

CANON ultimus, generalem inſtructionem & obſeruantiam tradit, tam Medico, quàm ægro in miniſtrandis, & recipiendis medicinis. XLIX.

# TACV-INORVM

## TABVLAE

### PARTICV-LARES.

 De eo quod multiplicatur in Febre ſpiritus, quæ dicitur Ephimera. 

| | NOMINA | Complexio<br>Aetas<br>Tempus<br>Regio<br>Salus, uel tior | CAVSA | SIGNVM | EVAcuatio | CVRA regalis | CVRA leuis inuentionis |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 1 | Ephimera ex rebus calidis exterioribus, | Calida<br>Iuuenilis<br>Aeſtiuum<br>Meridiana.<br>Salubris | Ex calidi. ſpũs cali. rebus extrinſecus, ut a ſole, & aqua ſulfurea | Caliditas tactus capitis: paruus pulſus, & uelox | Nulla fiat | Cũ odore ſandali, cãforę, & aq̃ roſ. infrigidatiõe frontis, & ſalis fricatõe olei & aneti. | Infrigident̃ anteriora capitis cũ aceto, & aq̃ frigi. in tribus partibus eius |
| 2 | Ephimera ex puſculis | Calida<br>Senilis<br>Aeſtiuum<br>Septentrio.<br>Salubris | Ex ſuffocatiõe ſupfluitatis ſũo ſę cũ ſpiſſitudine corporis & ꝓhibitiõe diſſolutionis | Reſtrictio cutis & q̃n tangit̃ in pri. modica caliditas, & deinde fortificabit̃ | Minuatur mediana, ne declinet ad putredinem | Cooperiat̃ ueſtibus delicatis & utatur fricatiõe leni, et balneatiõe poſtea | Cum fricatione & coopertione facta cũ pannis |
| 3 | Ephimera ex cibo, & potu calido. | Calida<br>Iuuenilis<br>Aeſtiuum<br>Calida<br>Salubris | Ex ſumptione nutrimentoꝵ uel medicinarum calidarũ | Rubedo faciei & oculoꝵ, aridit. oris eiusq; amaritudo epatisq; inflammatio ſtomachiq; | Nulla fiat | Cum aqua ordei & mucillagine pſillij & Iulep | V tat̃ lactucis, citrullis, uel medulla ipſorũ, uel granatorum |
| 4 | Ephimera ex labore | Sicca<br>Iuuenilis<br>Aeſtiuum<br>Calida<br>Salubris | Ex exercitio ę qualitatẽ tranſgredientẽ | Ariditas oris cutisq;, & paruitas pulſus | Nulla fiat | Cũ balneatiõe leniq; fricatione, oleoq; uiolarũ, gallicuлisq; & hædis | Cum quiete, unctiõe, balneo & dormitione |
| 5 | Ephimera ex impetu | Frig. & ſicca<br>Iuuenilis<br>Aeſtiuum<br>Occidentalis<br>Salubris | Ex exitu ſan. & ſpiritus ad ſuperficiem corporis | Eminens ocu. inflatio, & rubedo faciei & ardor, & rubedo urinæ | Nulla fiat | V tatur quiete anhelit9, odore cãphore, & aq̃ roſ. & potu Iulep cũ niue | V tatur ęquali anhelitu, quiete & dormitione |
| 6 | Ephimera ex anguſtia. | Frig. & ſicca<br>Senilis<br>Autumnale<br>Sicca<br>Salubris | Ex ingreſſu caloris & ſpiritus ad fundũ corporis | Oculi cõcaui, & arida facies & parua | Nulla fiat | Audiat uoces lęticiæ, & utatur balneo, & gallinis | V tatur lęticijs diuerſis, comeſtione citrullorum & cucumerum |
| 7 | Ephimera ex uigilijs | Frigida<br>Senilis<br>Autumnale<br>Sicca<br>Salubris | Ex digeſtione pauca cibi, & modico ſpiritu animali, uel priuatiõe eius | Oculi concaui ſicci declinãtes ad ſomnũ, grauis motus eoꝵ faciei iſlatio, et albedo urinæ | Nulla fiat | V tatur odore olei, uiol. & ſomno, & ſumptione galliculorum | V tatur ſomno balneo, & quiete |
| 8 | Ephimera ex apoſtemate | Calida<br>Iuuenilis<br>Veris<br>Meridionalis<br>Salubris | Ex calidit. ſpiritus ex uicinitate apoſtematis facta deueniet ad cor | Fortis rubedo faciei, magnus uenter & extẽſus, alba urina | Cum minutione fiat | Cũ aqua ordei granat. & Iulep, & cucurbita cocta cum agreſta | V tat̃ quiete in locis frigi. comeſtione lactucę & maluę |

1532

# COMM. REIP.

1 Omnis Ephimera curari debet remotione cauſſæ inducentis eam. Et ſi fit ex calore ſolis, uel alias calidis, effundatur ſuper caput aqua roſ. mixta cū aceto, & oleo roſ. ſæpe infrigidata cum niue: tum cum pannis lini. & mutentur panni q̄cito caleſiunt. Et ceſſante febre, balneetur cum aqua ebullita cum uiolis, nenufare, & camomilla. Et utatur ptiſana infrigidata cum zuccaro albo, & pane infuſo in aqua niuis, aut in iure cucurbitarum, coct. cum agreſta, aut cum paſſulis, Deinde utatur quiete poſt cibum, aut dormitione.

2 Locetur patiens in camera tepida, & cooperiatur pannis delicatis, et fricetur corpus leniter. Et ceſſante febre, balneetur, & poſt balneum cooperiatur pannis: & cibetur galliculis frixis uel aſſis: & utatur odore maioranæ. Et ſi febris non remouetur finaliter, & aliqua parte remanet in corpore cum aliqua diuerſitate pulſus, & urina indigeſta, poſſibile eſt, ꝙ declinet ad putridam. Quare fiat minutio, ſi ſuſtinēt uirtus, ætas, tempus. Et utatur ptiſana. Deinde ſyrup. lumarum. Et ceſſante febre, cibetur cibo frigido, facto zirbeg cum aceto.

3 Locetur patiens in camera frigida, ſi tempus eſt æſtiuum, utendo potu aquę ſeminis portulacæ mixtæ cum iulep, & aqua granat. infrigidatis cum niue, & cibo cucurbito coctæ, cum agreſta, uel ſpinaciarū coctarum cum oleo amygdalarum, & farina hordei, uel tritici, cum aqua frigida, zuccaro albo. Et ſi tempus eſt hyemale, moretur in loco ęqualis aeris: & bibat de ſyrup. agreſtæ. Et declinante febre, balneetur. Deinde quieſcat per horam. Et cibetur galliculis coctis cum agreſta, uel ſucco granatorum. Deinde multo ſomno utendum eſt.

4 Vtatur patiens quiete, & ocio locis conuenientibus, tempore imminente. Et ceſſante febre balneetur, & ſedeat in pila aquæ frigidæ: & poſt eius exitum de ea fricetur fricatione leni, facta cum oleo, uiolis, uel nenufare. Et lauetur aqua multa tepida. Et cibet̄ galliculis, extremitatibus hædorum, lactucis, endiuia, & portulaca: multo cibo ſumpto in pluribus uicibus, ad reſtaurandum id quod diſſolutum eſt in corpore.

5 Audiat patiens ſermonem ornatum de nocumento corporis accidente ex impetu: ut attribuatur ei reprobatio eius culpæ, tamen in ornato colloquio, mitigante eius impetum. Et ceſſantibus impetu & febre, balneetur: & ſedeat in aqua dulci, tepida. Et ſi tempus eſt æſtiuū, lauetur aqua frigida. Et utatur quiete, & odore herbarū frigidarum, & odoriferarū, & potu aquæ granatorum mixtæ, cum iulep & niue: & cibarijs confectis de agreſta, uel aqua granatorum, & piſcibus aſperatilibus, coctis cum aceto. Et poſtea multo ſomno.

6 Mitigetur anguſtia patientis ſermone reuelante nocumentum corporis, accidens de anguſtia incorrigibile, & inducente ipſum ad gaudium & riſum. Et audiat diuerſas cantilenas, utendo ſolatijs, & fricatione corporis moderata. Et poſt declinationem febris, balneetur cum aqua calida. Et cibetur cibarijs conuenientibus, ut carnibus hædinis, & agninis, & piſcibus aſperatilibus. Et ſi tempus eſt æſtiuum, locetur in loco frigido: ſi hyemale, in loco tepido. Tamen parum dormiat.

7 Vtatur patiens odore olei ſe. cucurbitæ, confectis cū uiolis, & epithimate ſuper caput, facto cum aqua ebullita cū uiolis, nenufare, cortice papaueris, & ordeo fracto. Et ceſſante febre, balneetur in camera media cum aqua tepida & dulci: & fricetur. corpus (alias caput) oleo: & quieſcat per horam. Et cibetur cibarijs tenuibus, ut galliculis. Euitato coitu, cum ipſe nimium corpus deſiccet.

8 Illiniatur apoſtema cum rebus conuenientibus, frigidis & ſtipticis, ut ſandalis, aqua roſa, aqua ſemperuiuæ. Et utatur potu rerum frigidarum, ut pſillij, aquæ ſeminis portulacæ, & rob. agreſtæ: cibo cucurbitarum, uel piſorum, uel ſpinaciarum coctarum cum aqua granatorum. Euitetur balneum, & motus, donec declinet morbus, & diſſoluatur apoſtema.

## 4 De eo quod multiplicatur in Febre ſpiritus, quæ dicitur Ephimera.

| | NOMINA | Complexio<br>Aetas<br>Tempus<br>Regio<br>Salus, uel tĩor | CAVSA | SIGNVM | EVAcuatio | CVRA regalis | CVRA leuis inuentionis |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 1 | Febris Tertiana | Cal. & ſic.<br>Iuuenilis<br>Aeſtiuum<br>Calida, & ſicca<br>nõ tĩor. ſi ĩtpol. | Ex humore cholerico | Rig. mul. pũctio ut acus, cal. pungẽs, fœtor urinę eritq; ignea. Et ſi erit ĩtra uen. erit pmi. mẽt. cũ eis. | Cũ ſucco granati. pulpaq; ipſius, & zuccaro. | Cũ ſyr. roſ. acetoſo, cũ niue & ptiſana, cũ ſyr. uiol. aqua cucumerũ ſarac. ſpodio, & iulep. | Cũ ſucco granati, muzi, portul. citrulli, & aq̃ fri. ſi in ſtoma. & apoſtemate. ſi eſt debilitas. |
| 2 | Tertiana duplex | Cal. & hu.<br>Adoleſ. & iu.<br>Veris<br>Meridiona.<br>Timoroſ. in ſi. | Ex flegmate, & cholera rubea putrefafactis. | Erit cõtinua, al leuiaťq; in die, & fortificať in nocte, & rigor in tertio erit fortis | Cũ trociſ. uiol. & cum turbit, polypod. & caſſia fiſtula. | Cum ptiſana cũ zuccaro, & ſyrup. acetoſo, quiete & ocio. | Cum ptiſana, & farre ordei. |
| 3 | Quartana | Frig. & ſic.<br>Seneſcens<br>Autumna.<br>Occidentalis<br>Nõ timoroſa | Ex humore melancholico. | Rigor ĩ princ. & grauedo, fri. tot. cor. & ñ erit cal. acuta, uri. fętẽs, ĩdig. dimit. p biduũ, affli. al. die. | Cum minutione, ſi ſan. eſt niger, & decoctio. epithimi poſt digeſtio. | Cum zuccaro roſ. ʒ vij. ſyrup. acet. unc. iij. ſ. & gallicu lo cocto zirbeg, uel frixo. | Cum uua iudaica, & ſpina cijs frixis cum elmori. |
| 4 | Quotidiana | Frig. & humi.<br>Adoleſ. & iu.<br>Hyemale<br>Frig. & hu<br>Timoroſa | Ex humore flegmatico. | Frig. extremitatũ, cũ horripilatiõe, pauca ſiti, ſubtili urina, uel turbida, uel ſpiſſa, uel rufa. | Cum uomitu, turbit, agarico, ſale quotidiano, & aqua calida. | Cum zuccaro, ſyr. acetoſo, & biſtarda aſſa in ueru. | Cũ ptiſana & modica parte feniculi, et cibo de blitis, ſpinacijsq; cũ aceto, & elmori coctis |
| 5 | Sinocha continua | Cal. & humi.<br>Adol. & ſeni.<br>Veris<br>Meridionalis<br>Tioroſ. in fine | Ex ſanguine. | Grauedo cor. remiſſus anhelitꝰ, ſpiſſꝰ, ſitis, ĩbaamẽta. rub. oculoꝝ, cor. urina, mag. pulſꝰ, uar. | Cum minutione medianę. | Cũ ſyr. agreſtæ, & acet. ſimplici & rob acetoſit. cũ aq̃ niuis, et ordei, cũ ſuc. gran. muzi, et iul. bib. | Cũ mucil. pſiiij, aqua tamaridoꝝ, et prunorũ, uel medullę cucumeris, citrulli cũ agreſta. |
| 6 | Febris compoſita | Iuxta humor.<br>Adol. & ſenil.<br>Autũni & uer.<br>Meridionalis<br>Tioroſ. in fine | Ex putrefactione duorum humorum, uel plus | Iuxta dominationem humorum putrefactorum. | Cum euacuatione humoris cõdominanus. | Cum tẽperato regimine iuxta modũ hũoris, cum ſtudio & cõſyderatiõe. | Cum medicinis conuenientibus utriq; humori. |
| 7 | Ethica | Cal. & ſic.<br>Iuuenilis<br>Aeſtiuum<br>Cal. & ſicca<br>Tioroſ. in fine | Ex præcedẽte feb. adurente, uel pauco cibo, uel triſticia, uel regimine cal. & ſic. | Nullus dolor, neq; remiſſio, neq; aliq̃d accñs feb. put. ſed fortior fit penes cibum & ſomnũ. | Nulla fiat. | Cũ ſyr. papaue. ingreſſu balnei, & pilę aquę tepidę, gallinacei extremitatib. uel coctis, ſpidebeg | Cũ ptiſana, et piſcibus cõueniẽtibꝰ ſpidebeg, aut frixis cũ elmori cucu. citrullis, et ouis mollibus. |
| 8 | Conſumptio | Cal. & ſic.<br>Iuuenilis<br>Aeſtiuum<br>Cal. & ſic.<br>Tioroſ. in fine | Ex apoſtẽate ca. ĩ pectore, uel calidit. lędẽre cor, & deſiccãte hũi. eius, uel ex cã inducẽre ethicã. | Oculi concaui, clauſiq;, arida facies, ſiccaq;, ſicciũq; corpus, aures citrinę, tortuoſę, mirach ſiccũ durus pulſus. | Nulla fiat. | Cũ tro. cãforæ, & ſyr. iuiubarũ, aq̃ melonũ, et endiuię, et gallicu lis ſpidebeg, cũ oleo amyg. papauere recẽti. | Cũ ptiſana, papauere, balneo, & ſeſſione in aqua tepida, uel cũ piſcibus cõuenient. ſpidebeg, uel ouis mollib. |

CVRA COMMVNIS.

1 Poſt euacuationẽ humorum in die paroxiſmi, bibat de aqua tamarind. cum ſyr. acetoſo, & iulep, & ſucco granati: & alia die bibat ʒ v. ptiſanæ, cũ unc. 1. zuccari: & poſt. iiij. horas unc. 1 ſ. ſyrup. acet. ſimplicis. Sugat granatũ muzum, cum aqua prunorũ, & acetum, ſi tempus eſt æſtiuũ. Infrigidentur nutrimẽta cum niue: moretur in aẽre frigido: ſi hyemale, in aẽre temperato. Et ſi accidit nauſea cum amaritudine, uomat cum ſyr. acet. & aqua calida: & poſt uomitum bibat de ſyrup. agreſtæ, & ſyrup. granati.

2 Poſt ſigna manifeſtæ digeſtionis euacuetur humor decoct. abſinthij, aut cum eo quod dixi ſuperius. Dimittatur cibus in die paroxiſmi: & ſi uirtus non ſuſtinet, bibat de pulte aquæ furfuris, cum zuccaro poſt declinationẽ paroxiſmi: deinde de ptiſana: deinde de ſyr. acet. & trociſ. roſ. Detᷓ ei, & cibetᷓ galliculis, ꝑdice, zirbeg coctis.

3 Si accidit æſtate in iuuene, breuiter utendũ eſt cura prædicta, tenui dieta, cum iure perdicũ, & galliculis coct. ſpidebeg, uel zirbeg. Euitatis cibis groſſis, & piſcibus, lacte, & fructibus, carne hircina, uaccina, & lentibus, & toto eo quod generat uentoſitates. Si accidat alio tempore, minutio fiat, ſi conuenit uirtuti, ætati, & tempori. Et poſt digeſtionẽ cum decoct. prædicta euacuetur. Et poſt paroxiſmũ cum trociſ. polyan, & ſyrup. acet. & uomitu facto in die paroxiſmi, ſiue cum ſyr. acet. infuſa in eo radice cũ aqua calida, cocta cum aneto. Et dixit Bimmaſus, ꝙ pili barbæ hirci ſi ligentur in collo patientis quartanam, iuuabunt contra eam. Similiter tela araneæ, trita cum oleo, illinita ſuper corpus. Et ſimiliter indumentum uiri indutum ſuper parturientem, dum non lauatur, iuuabit contra eam.

4 Debet ſtudere in hac febre ad euacuandũ humorem abſq; infrigidatione caliditatis. Et ſi accidat ſitis, da ei iiij ʒ. ptiſanæ ante paroxiſmum per ſex horas: deinde per iiij. horas ʒ ij. ſyrup. acet. cum aqua frigida. Et ſi ibi non eſt ſitis acuta, breuiter utendũ eſt zuccaro roſ. & ſyr. acet. Et ſi uirtus eſt debilis, cibetur biſtarda, galliculis coctis, zirbeg, & confortetᷓ. Et manifeſtatis ſignis digeſtionis, euacuetᷓ turbit, agarico, & iera pigra ana. ʒ ſ. ſale indiano, daniḱ. v. tritis, & ſumptis cum aqua tepida mane, tempeſtiue: & unc. 1. ſyrup. acet. aqua calida, ſale groſſo fracto. Et ſi febris ſit chronica, & debilitatᷓ ſtomachus, da ei de trociſ. roſ. ʒ 1. maſtice, xyloaloe ana. daniḱ. ij. tritis bene cum ʒ vij. zuccari albi roſ.

5 Poſt minutionẽ bibat de ſyr. acet. ſimplici, & ſugat de granatis muzis. Deinde ſi uirtus eſt debilis, cibetᷓ iure galliculi cocti cum agreſta: & ſi eſt fortis, cum lactucis, medulla cucu. aut ſpinacijs coctis cum agreſta. Deinde quolibet die ante ortũ ſolis, bibat de ſucco granati muzi: & poſt ortũ ſolis de ptiſana cum zucca. Deinde de ſyr. acet. ſimplici cum aqua frigida: & cibetur cibis de agreſta prædictis. Et ſi morbus eſt chronicus, & natura ſicca, leniatur cũ manna, tamarind. et prunis infuſis in ſyr. uiol. & ſuppoſitorio confecto de maluauiſco, baucac, zuccaro ruſo: aut cum cliſteri confecto de zucc. oleo ſiſami, elmori, & aqua blitaꝝ. Et ſi ſentitur dolor in uiſceribus, & conſtipatur uenter: ne des ptiſanam, niſi poſt mitigationem doloris, & ſolutionem naturæ. Et ſi nigreſcit lingua, illiniatur mucilagine pſillij, & iulep, & oleo roſ. Et bibat de ſemine portul. ſpodio, cum iulep.

6 Cura eius componi debet de cura feb. ſingularis: & ſi æqualis eſt compoſitio humorũ inducens eam, fiat regimen cum cibis ex medicinis conuenientibus cuilibet ſpeciei eius. Et ſi augetᷓ unus ſuper aliũ in ea, curetᷓ augens. Et ſimiliter ſi unus ipſoꝝ eſt maioris periculi, curetur ille. Et ſi febris compoſita lædit corpus cum deſiccatione: detur ei de trociſcis camforæ: humectetᷓ corpus ptiſana. Sed rigor, & horripilatio in his febrib. curentur cum potu aquæ calidæ, & ligatione muſculoꝝ tibiarum, facta cũ faſcijs latis. Fricetur pars inferior pedũ & manuũ in aqua calida, & cooperiatᷓ cum pannis. Et ſi rigor eſt continuus, & multus, fricetur corpus moderate multis manibus in uno momento: ut cõmunis fiat fricatio in omnibus membris: & ungatur oleo cocto cum mentaſtro. Et ſi bibit in rigore accidente in febre flegmatica ʒ 1. mentaſtri, cũ ſyr. acet. iuuabit contra eum.

7 Locetur patiens in æſtate in loco frigido, in quo flat uentus borealis, ſiſtentibus cõtra eum curſibus aquarum in uaſis fictilibus, cum roſ. & nenufare, uiolis, floribus pirorũ & pomorum, folijs ſalicis, & extremitatibus uitis, cũ aqua roſ. ſandal. & camfora roratis: & dormiat ſuper lectum planũ. Et ſi tempus eſt hyemale, moretur in loco tẽperati aẽris: ꝙ nõ horripiletᷓ. Euitet laborẽ, motũ, uigilias, famem, ſitim, & coitũ. Et bibat de ptiſana cũ zucc. albo. Et cibetur cum pulte farinæ ſimilæ, zucc. & olei amygdalarum: uel cum granato bono, & pomis bonis, ficubusq; pharaonis.

8 Si non eſt fortis caliditas, bibat de trociſcis camphoræ, cum lacte mulieris, aut aſinino hora ſuæ mulſionis. Et ſi eſt fortis caliditas, de lacte acido uaccino. Et ſi natura eſt ſicca, leniatᷓ trociſcis ſpodij retentiuis, uel dragea luti, & ſyrup. myrti: uel de dragea iſta dentur ʒ ij. Recipe medullæ ſem. cucur. citrulli, & cucum. torrefactis ana ʒ 1. gumi arab. amidi, luti caprini, ſpodij ana. ʒ ſ. ſem. portul. torrefacti ʒ 1 ſ. ſandal. alb. ſem. acetoſæ, caſtaneæ ana. ʒ ſ. camphoræ daniḱ. 1. terantur omnia: & de his ſumatur cum rob myrti. Et cibetur cibis coctis cum agreſta. Tamen ipſę exorientᷓ, & torrefiant prius, & coquantur particula citonij: & ſuperaſpergatur ei de glande trito. Et ſi declinat natura ad perfectam ſiccitatem, ſugat de lacte fœminæ: & epithimetur ſuper corpus. Et cibetur galliculis tritis, coctiſq; particulis pomorum & citonij.

3 De eo quod multiplicatur in eo de Apoſtematibus ſecundum ſpecies ipſorum

| | NOMINA | Salus, uel tior. / Regio / Tempus / Aetas / Complexio | CAVSA | SIGNVM | EVAcuatio | CVRA regalis | CVRA leuis inuentionis |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 1 | Flegmon | ſal. in mēb. ign. / Montana / Veris / Adoleſcens. / Cali. & ſic. | Intrinſecus ex repletiõe ſan. Extrinſecus ex uulnere fracturæ, uel diſlocatione. | Dolor, inflatio, extenſio, & fortis calidi. eius: & manꝰ repulſio quando cõprimitur. | Cum minutione fiat. | Infrigidet ſand. auellana indiana, & luto arm. ſief, memite, raſura cucur. roſ. & aq̃ ſempuiuę | Emplaſtreī pulio, & aqua endiuiæ, ſuſulæ, lētibuſq; excoriatis, tritis cū aqua endiuiæ. |
| 2 | Formica | ſal. in mēb. ign. / Calida / Aeſtiuale / Iuuenilis / Calida, & ſicc. | Ex fluxu cholerę rubeę ſubtili. | Aduſtio in cute: & poſſibile eſt, ꝙ fiat cum ea pruritus cū caliditate. | Cum aqua fructuum fiat, & ſcamonea. | Liniatur cū ſief, memite, acacia icio, & aq̃ endiuię, uel aqua plantaginis. | Cum lentibus coctis cū aqua roſ. uel aqua ramorū portul. & capillis uſtis. |
| 3 | Apoſtema molle | Salubre / Frigida / Hyemale / Senilis / Frig. & humi. | Ex flegmate æquali in ſubtilitate, groſſiciæ, & uiſcoſitate. | Albedo coloris, & mollicies apātis: nullꝰ dolor qñ cõprimiť cū digi. ſed remanet cõca. | Cum turbit, pulpa coloquin. & pillulis de ieræ. | Cum aqua & aceto, in qbus infundiť ſpongia, uel lana ad emplaſtrādum cum ea. | Cū ſale & oleo roſ. aut aqua ebullita cū aneto, & aceto, et ſpongia infuſa in eis. |
| 4 | Apoſtema durum | Salubre / Frig. & ſic. / Autumna. / Senilis / Frig. & ſic. | Ex humore puro, qui eſt fęx ſanguinis. | Durities, nullꝰ dolor, color liuidus declinans ad albedinē, uel ad colorē corporis. | Cum decoctione epithimi, pillulis de lap. lazuli, uel armeno. | Cū unguento diababalon. | Cū cera, oleoq; uetuſto. |
| 5 | Heryſipela | tio. in mēb. no. / Calida / Aeſtiuum / Iuuenilis / Calida | Ex ſang. ſubtili & cholera rubea. | Rubedo, inflāmatio, dolorq; & poſſib. eſt ꝙ fugiat ſang. qñ cõprimiť, deinde reuertitur. | Per minutionem, & per aquam fructuum. | Cū emplaſtro raſuræ cucur. ſemperuiuæ, & aqua plantaginis. | Cum emplaſtro portul. & ſucco lactucæ. |
| 6 | Cancer | tio. in mēb. no. / Frigida / Autumnale / Seneſcens / Frig. & ſic. | Ex cholera nig. ſi pars ipſiꝰ eſt intra uenas, & pars extra uenas. | Fortis durities, habens formam ad modum cancri. | Per minutionē: & ſi in matrice, cū prouocatione menſtruorū, & decoct. epithimi | Illiniatur tucia, & lytargyro, ceruſſa, oleo roſ. & modica cera. | Cum cera, & oleo, & luto armeno. |
| 7 | Dubeyla | Tioroſ. in fine / Meridionalis / Hyemale / Senilis / Humida | Ex fleg. groſſo, malo, & ſang. turbido, qui eſt fęx aquæ. | Declinās ad duriciem cū minori humiditate, et cõpreſſione ſaniei. | Per minutionem, & lenitionem. | Cū emplaſtro ficus coctæ, ordei farinæ, ſale, & ſepo. | Emplaſtreī pane infuſo i oleo, & aqua. |
| 8 | Glandulæ, & Scrophulæ | Salubris / Meridionalis / Veris / Iuuenilis / Humida | Ex flegmate groſſo. | Durus tactus, niſi ſit mellina glādula: & minus cõprimeť ꝙ̃ ſanies. | Per minutionē, & decoct. epithimi. | Cum unguento diababalon. | Cū emplaſtro farinæ ordei, lupinorū añ diſtemperatis urina pueri, uel aqua. |

1532

# COMM. REIP.

1 Si corpus non eſt repletũ, curẽt rebus mollificatiuis, ut oleo tepefacto, & aqua tepida. Emplaſtretur farina ordei, maluauiſco, & alumine. Tamen ſi eſt repletũ, euacuetur, & infrigidetur apoſtema cum cymolea, ſandal. & aqua lactucarũ: & poſt quatriduũ miſceatur eis farina ordei, uel tritici. Et ſi in principio paſſionis accidit ei dolor, non debet fieri cura cum infrigidatiuis, corroboratiuis, & ſtipticis, ſed cũ mollificatiuis. ſicut oleo roſ. & cera, infuſa in eis ſpongia, & ſuperpoſita. Et cibetur patiẽs cum piſcib. coctis aceto, & ſpinacijs: uel medulla citrul. cucu. Et ſi caliditas imminet fortis, bibat ptiſanã, aquam granatorũ, ſyrup. acet. ſem. portul. Sed in fine emplaſtretur camomilla, corona regia, mixtis cum mucil. ſem. lini. Et ſi facit collectionem in eo, & non diſſoluitur, ferro aperiatur: & extrahatur id quod in eo eſt, & impleatur pannis de lino decenter: & ligetur ſuper illud.

2 Vtatur in ſua cura deſiccatiuis abſq; mordicatione. Et formica eſt ulcus indigens in cura eius deſiccatiuis. ut luto cyprino, cymolea æqualiter mixtis: & acacia in par. 5. & diſtemperatis in aqua roſ. Et ſi corroditur, & indiget multa deſiccatione, Recipe gallæ recentis, myrti ſucci ana, foliorũ lilij m. 1. terantur bene, & miſceantur cum oleo roſ. cum qua liqueſiat cera: & cum eis fiat illinitio. Bibat ſem. portul. mixtũ ſyr. agreſtæ. Cibetur cucur. cum aqua granatorũ coctis.

3 Et ſi generatur ex uentoſitate uaporoſa, ut accidit laborãtibus corrupta cõplexione, & ebrietate, remotio ipſius poteſt fieri cum ſale trito, diſſoluto in oleo roſ. ut prędictũ eſt. Tamen ſi fit ex materia flegmatica, poſt laxationẽ euitentur cibi generantes flegma. ut piſces, lac: & emplaſtetur ſale, & aloe, aliqualiter tritis, & diſtemperatis aqua nitri & modico aceto. Et ſi poteſt opilari, ligari debet: ſed incipiat ligatura inferius, & aſcendat ſuperius fortior & durior.

4 Poſt euacuationẽ emplaſtrum fiat cũ medulla tibiæ uaccinæ, liqueſacta cum cera, aut cum ficubus dulcib. albis, coctis bene in aqua, cum farina fenugręci, & ſem. lini, ex maluauiſco albo: tritis prius generaliter cũ oleo lilij. Tamen euitentur cibi generantes choleram nigram. ut carnes uaccinæ, lentes, acetum.

5 Poſt minutionẽ, ſi opportuna eſt euacuatio, fiat cum decoctione fructuum, & prunorum, & mirabol. citrin. Et bibat de aqua portul. mixta ſyr. acetoſo ſimplici. Et cibetur cibo facto de agreſta. Et illinitio fiat cum acacia, ſandal. aquæ roſ. & aqua ſemperuiuæ.

6 Ante ulcerationẽ eius emplaſtretur unguento cauaturæ. Tamen ſi ulceratur, illiniatur ceruſſa plũbea & paritaria lota, mixtis oleo roſ. & aqua coriandri recẽtis, & centaureæ tritæ cũ aqua, uel cum radice aneti, & plantaginis, tritis & diſtẽperatis cũ aqua. Et ſi perficitur, & uis incidere ipſum, cum ferro nullo modo eſt incidendũ, ſi eſt in matrice. Tamẽ ſi eſt in mãmillis, uel in aliquo alio loco corporis, carente uicinitate arteriarũ circulariter, incidatur inſtrumento ferreo acutiſſimo. Deinde comprimãtur uenæ: & finaliter extrahatur ſang. de eis. Et curetur cum butyro, & unguentis conſolidantibus ulcera.

7 Aperit illud farina ordei, mixta cum oleo, poſita in emplaſtro. Quod ſi non aperiatur per emplaſtrũ, ipſum ungatur oleo aneti. Et ſi uis illud cũ ferro aperire, aperiatur ut dictũ eſt in apoſtemate ſanguineo: impleatur cum pannis, & ligetur plumaceolis, ut dixi, & ſanetur uulnus.

8 Scrophula eſt apoſtema accidens ut plus in carne molli, quæ eſt in radice gulæ, & inguinibus. Vnde patiens eam, debet euitare cibos groſſos poſt euacuationẽ & attenuationem humoris corporis, & nutrimenti, & diminutionem ipſius. Et emplaſtretur farina fabarum, & ordei, radice lilij, & maluauiſco, tritis bene, & mixtis cum oleo onfancino, adipe anſeris, & cera al. liquefactis in ſimul. Et quando incipit aperiri, emolliatur cum baſilicon: deinde butiro. Et ipſa bene mundificata, curetur unguento uiridis æris: deinde conſolidetur. Et ſi uis ſcindere cutem eius, per longum tendes ad medium apoſtematis: & extendatur fiſſura cum hamo, & excorietur leniter, paulatim. Et ſic facies de Glandula. Tamen non rumpatur aliqua pars pellis eius: & ſi rumpitur, ſumãtur partes ruptæ ipſius, & ſuperponatur puluis citrinus. Tamen Glandula non debet euacuari digito, ſed ſuperponatur ei particula plumbi, & ſuper eam fiat ſtricta ligatura.

## De morbis ſuperficiei corporis ex cauſſis interioribus non appropriatis alicui membro.

| | NOMINA | Complexio<br>Aetas<br>Tempus<br>Regio<br>Salus, uel ti. | CAVSA | SIGNVM | EVAcuatio | CVRA regalis | CVRA leuis inuentionis |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 1 | Morbilli, & blactiæ. | Cali. & hu.<br>Iuuenilis<br>Veris<br>Meridiona.<br>ti. ſi color nig. | Ex ſan. diuerſo<br>in corpore, qñ<br>erat embrio, uel<br>quãdo puer la-<br>ctabat de ſan-<br>gui. menſtruo. | Añ feb. cõtinuã<br>timpor: infla-<br>tio, rubedo faci<br>ei, aſpitas guttu<br>ris, puſtulę ſplen<br>didę, pũcti nigri | Per minuti-<br>onem me-<br>dianæ. | Cum ptiſana,<br>& ſyr. papa-<br>ueris, & ſpi-<br>nacijs coctis cũ<br>oleo amygda. | Cum mucila-<br>gine pſillij, &<br>malua cocta,<br>& ptiſana. |
| 2 | Lepra. | Sicca<br>Seneſcens<br>Autumnale<br>Sicca<br>Tioroſa in ſi. | Ex dñatione<br>hũo. melã. ſup<br>ſang. nutrien-<br>tem membra,<br>& eum cor-<br>rumpentis. | In princ. albedo<br>ocu. erit liuida,<br>et ſupficialiť mẽ.<br>cadẽtq; pili pal-<br>pebrę, et ſupcil.<br>uox rauca fac. ẽ. | Cum minuti-<br>one medianæ,<br>& guideg, &<br>decoct. epithi. | Cũ gallinis, &<br>anatibus impi<br>guatis, indiſq;<br>lactẽtibus, ſpi<br>debeg, cum a-<br>mygdalis. | Cum lacte re-<br>centi, & garga<br>riſmate facto<br>in oleo amy-<br>gdalorum. |
| 3 | Baras. | Frigida<br>Senilis<br>hyemale<br>Frigida<br>Salubris | Ex dñatione<br>fleg. ſuper ſan.<br>debilitantẽ uir<br>tutẽ membro<br>rum in muta-<br>tione eius. | Color al. pili<br>al. Et poſſibile<br>eſt, q egredieť<br>hũiditas mixta<br>colore ſang. ſi<br>pungitur acu. | Cum pillulis<br>de iera. | Cũ perdicib9,<br>& faſianis fri-<br>xis, & illiniať<br>cõdiſio mixto<br>cũ ſang. pulli<br>colũbi, & acet. | Illiniatur nigel<br>la, cũ bauraſ,<br>& aceto. |
| 4 | Morphea alba, uel nigra. | Frigida<br>Seneſc. et ſeni.<br>autũ. & hye.<br>Frigida<br>ſalubris | Ex dñatiõe fle.<br>ſup ſupficiem<br>cutis, ſi alba eſt,<br>& ex mixto ſibi<br>cũ melãcholia,<br>ſi nigra eſt. | Color al. tñ pili<br>orti ibi nõ ſunt<br>ſic, ſed nigri: ſi<br>fricať, de ea ca-<br>dit ut furfur, lo<br>cuſq; ei9 rubeſit. | Cum pillu-<br>lis de iera. | Illinatur lupi-<br>nis, & ſemine<br>radicis, & ſina<br>pi, tritis cum<br>melle. | Illiniatur cal-<br>ce mixta cum<br>aqua. |
| 5 | Impetigo. | Calida<br>Iuuenilis<br>Autũ. & æſti.<br>Calida<br>Salubris | Ex ſan. calido,<br>ſubtili mixto<br>melancholia,<br>uel flegmate<br>ſalſo. | Cutis aſpera, et<br>nigra. Et poſſi-<br>bile eſt, q in ea<br>ſint cortices, ut<br>ſquamæ piſcis. | Cum minuti-<br>one, & potu a-<br>quæ fructuũ,<br>cum turbit. | Cum oleo tri-<br>tici, extracto<br>cum ferro ca-<br>lido, illinito ſu<br>per eam. | Illiniatur ſali-<br>ua homis ie-<br>iuni in una ho<br>ra poſt aliam. |
| 6 | Scabies & pruritus. | Sicca.<br>Seneſce. & iu.<br>Autum.<br>Sicca<br>Salubris | Ex cõmixtio-<br>ne flegmatis<br>ſalſi cum ſan.<br>cholerico. | Puſtulę paruæ,<br>in pri. ruſę, deiñ<br>apiunť: & pruri<br>tus fortis, & pl9<br>erit iter digitos,<br>& in cubito. | Cũ minutione,<br>& potu aquæ<br>fumi terræ: tñ<br>fumatur aur.<br>i. aloes. | Cũ opio, oleo<br>roſ. & cera: &<br>lauetur in bal<br>neo mane. | Cum calce<br>mixta cum<br>aceto. |
| 7 | Excoriatio cutis. | Sicca<br>Seneſc. & iu.<br>Autumna.<br>Sicca<br>Salubris | Ex flegmate<br>ſalſo, aduſto,<br>& ſang. ſub-<br>tili. | Pruritus præ-<br>cedens, exco-<br>riatio cutis ſe-<br>quens. | Cum minu-<br>tione. | Cũ litargyro,<br>aceto, & oleo<br>roſ. | Cum ſtercore<br>caprino, uel<br>aceto. |
| 8 | Pediculi. | Humida.<br>Senilis<br>Hyemal.<br>Meridio.<br>Salubris | Ex ſupfluitate<br>humida, groſ-<br>ſa, expulſa uir<br>tute ad cutẽ, &<br>ex ficubus ſic-<br>cis comeſtis. | Notum eſt, &<br>manifeſtũ. | Cum pillu-<br>lis ieræ. | Cũ ſubtili die-<br>ta, et multa bal<br>neatione. | Illiniatur co-<br>ſto, & lauetur<br>cum furfure. |

1532

# COMM. REIP.

1 Poſt minutionẽ utatur potu ptiſanæ, cũ lentibus coctis in tertia parte ordei, & iuiubis, & ſebeſten, mixto cum ſyrup. papaueris: & cibo cucurb. cum agreſta coct. Et ſi tardatur ipſorũ exitus, Recipe ficus. v. lentiũ excorticatarum ʒ 5. ſe. feni. ʒ 1. &. 5. coquantur in rotula aquæ uſque ad ʒ 7. (alias, tertiam) & cum eis miſceantur ʒ xxx. aquæ granatorũ, & utatur potu ipſius. Et ſi conſtipat̃ natura, utatur zuccaro roſ. diſſoluto in ptiſana, uel medulla caſſef. & electuario prunoꝝ. Et ſi lenificat̃, utatur farre ordei cocto cum granis myrti, gumi ara. luto arm. & trociſcis ſpodij conſtipatiuis, & rob granatorũ. Et ſi cum hoc accidat tuſſis, coquat̃ cum rob myrti. Et utatur panico cocto cum farre ordei, etiã granatis. Et euitanda eſt lenitudo naturæ poſt ſeptimũ. Et in principio inſtillandũ eſt in oculis de aqua roſ. uel de aqua coriandri recentis, infuſo in eis prius ſumat. Et ſi in eis fuerint puſtulæ, imponat̃ in eis antimoniũ. Et in declinatione comburat̃ penes patientẽ tamariſcus, & ſarmenta uitis in hyeme: ſed in æſtate fiat fumigiũ cum ſandal. & myrto. Superponant̃ capiti roſæ tritæ: & quando ſiccantur, ſuperponatur eis ſal cum oleo ſiſami per quinq; horas. Et lauetur cũ aqua ebullita tum myrto: deinde cũ farina rizi, & panici, & croco, & dimittatur per diem & noctem, & lauetur cum furfure.

2 Antequã perfecta ſit, ſperandũ eſt in cura eius: tamen præcedendũ eſt cum minutione, & purgatione. Sumendũ eſt de nutrimẽtis humectatiuis, ut carnibus arietis, & hædi, & lacte recenti. Et utendũ eſt gargariſmate cum lacte feniculi, oleo amygdalarũ: euitato aëre frigido, & ipſo patiente locato in loco calido, & humido. Etiam euitato eo quod generat cholerã nigram: ut carne uaccina, & groſſa, lentibus cum aceto. Et ungendum eſt corpus cum oleo uiol. adipe anatis, & gallinæ. Deinde lauetur cum aqua ebullita cum camomilla, corona regia, & uiolis. Et fricentur manus cum farina cicerum, & fabarum. Et bibendum eſt de aqua caſei quolibet die ad libram, (alias, coct. per tertiam.) Et ſumendũ eſt de dragea iſta. Recipe mirabolanorũ, kebuloꝝ, & nigrorũ ana. ʒ 1. polypodij, epithimi, ſandal. bugloſſæ ana. danik. ij. laſuli, ſalis, petrolei ana. danik 1. Et ſumendum eſt de trociſ. tyroꝝ in aur. 5 ij. diſſolutis in ſyr. mellis, & de carnibus ipſoꝝ. Et ſignũ ſanationis eſt per caſum corticũ cutis eius.

3 Euitatis generãtibus flegma, ut piſcibus, lacte, tuberibus, & fructibus humidis & frigidis, ſumendũ eſt de carnibus ſylueſtribus ſalitis: & illiniendũ eſt cum farina, & petroleo albo, litargyro, pyretro, papauere ſylueſtri, radice uitis, & elleboro, tritis cum aceto: & tingendum eſt cum hoc. Recipe gadis indici ʒ ij. rubeæ ʒ 1. terantur, & diſſoluantur cum aceto per triduum. Et utendum eſt ſquama ferri, myrrha clara, infuſis in aqua corticum granatorum.

4 Poſt euacuationẽ euitato eo quod generat flegma, uel choleram rubeam, & correcto nutrimento eius, illiniendũ eſt (ſi eſt alba) cum cortice radicis capparis, trito cum aceto, uel cum ære uſto, ſale armoniaco, & rubrica, infuſis in aceto: dimiſſis omnibus in ſole per hebdomadam unam. Deinde fiat illinitio cum eis. Et ſi eſt nigra, illinitio fiat cum arſenico, & furfure, & nitro, tritis cum aceto.

5 Poſt purgationem, & minutionem, euitatis generantibus eam, ſi ſit in facie, curetur cum oleo tritici confecto ut prædictum eſt. Et ſi ſit in alia parte corporis, illinitio fiat cum mirabolanis citrinis, tritis cum gumi prunorum, diſſoluto in aceto, uel oleo, & farina cicerum, diſtemperatis cum aceto.

6 Purgato corpore, & correcto nutrimento, curetur pruritus balneo aquæ ſalſæ. Et fricetur corpus farina lupinorum, aceto, oleo roſ. pulpa melonis: & aqua blitarum, uel aqua apij, aceto baurac, & oleo roſ. Et ad ſcabiem, bibat de aqua fumi terræ rotul. 5. Sed prius ſumendum eſt de his pillulis. Recipe mirabolanorum citrinorum, aloe, dragag. ana. ʒ 1. croci, danik. ij. terantur, & de eis fiant pillulæ. Et illinitio fiat nocte cum baurac, ſale, coſto, & condiſio ana. ʒ ij. tritis cum oleo roſ. Et lauetur, & balneetur aqua ebullita cum uſnen: deinde cum aqua roſ. & ſandal. Vel illinitio fiat cum ſulfure albo, condiſio, & arſenico rufo ana. & tantundem cinerum uitis, cum oleo roſ. mixtis.

7 Euitatis generantibus flegma, corpus illiniatur ſtafiſagria, lupinis, cardumeni, & aceto: uel cum radice lilij cœleſtis, trita cum melle. Deinde balneetur. Aut illiniatur ſulfure, & ciceribus tritis cum aceto.

8 Purgato corpore, & correctis nutrimentis, poſt emplaſtrum ſtudeat lauare corpus per ſpiſſam balneationem: & induere indumenta delicata & munda de lino: euitata comeſtione ficuum ſiccarum. Et illiniatur corpus argento ui. mortificato cum ſtaphiſagria trita cũ oleo cartami per unã noctem, et balneet̃ mane. Aut recipe coſti, cardumeni, fellis uaccini ana. terantur bene in oleo ſiſticitio: & eiſdem illiniatur corpus: deinde lauetur, & fricetur furfure ſimilæ.

De morbis accidẽtib. in ſupficie corpis ex cã interiori nõ appropriatis alicui membro eius.

| | NOMINA | Complexio<br>Aetas<br>Tempus<br>Regio<br>Salus, uel ti. | CAVSA | SIGNVM | EVA<br>cuatio | CVRA<br>regalis | CVRA<br>leuis inuentionis |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 1 | Punctili, ſcilicet eſſera | Calida<br>Iuuenilis<br>Aeſtiuum<br>Meridio.<br>ſalubris | Ex ſan. ſubtili mixto cũ cholera rubea, uel flegmate ſalſo | Puſtulę latæ, ſparſæ, cũ pruritu forti, colore rufo, in die ſi cholericę, in nocte ſi flegm. | Cum minutione ſi cholericæ, cũ decoct. mirabol. & & fructuum ſi flegmaticæ. | Cũ ſy. acet. & aqua prunorum, & granat. & illinitiõe cũ amido, galla, carne mel. et ole. roſ. | Cũ illinitione farinæ ordei, aqua apij, & abſinthij. |
| 2 | Puſtulæ paruæ | humida<br>Seneſc. et ſeni.<br>hyemale<br>Frigida<br>ſalubris | Ex humiditate groſſa, uel acuta | Capita acuta in acuitate materiæ, & ſparſa in groſsitudine. | Cum yera pigra. | Cum ſubtili dieta, & balneo. | Cum illinitiõe laudani, & rutæ tritæ cum aceto. |
| 3 | Punctili, ſcilicet aſaf | Calida<br>Iuuenilis<br>Aeſtiuum<br>Calida<br>ſalubris | Ex humitate ſubtili, mixta cum ſanguine. | Puſtulę paruę, & rotundæ, ut grana panici | Cum minutioue. | Cũ illinitione in balneo facta cũ farina ord. lupin. et melo. pulp. oleo roſ. | Cũ acet. citrullis, ſaleq; groſſo trito, ad fricandum cum eis in balneo |
| 4 | Verrucæ & claui. | Frigida<br>ſeneſcens<br>Autumnale<br>Frigida<br>ſalubris | Ex flegmate mixto cum cholera rubea. | Puſtulę duræ, magnæ, rotũdæ, ſed claui ſũt duriores eis in radice q̃ oriũt | Cum decoctione epithimi. | Supponant̃ eis primo ficus apparẽt. i arbore, tritę acet. ſqllitico, uel calẽdula, uel uerruca, | Cũ ſtercore caprino trito cũ aceto. Et fricẽtur ſæpe in die cum aceto |
| 5 | Ignis perſicus | Calida<br>Adol. et iuue.<br>ęſtiuũ, et ueris<br>Calida<br>tio. ſi mult9 ſit | Ex ſanguine eruginoſo | Ampullę ut ex ignis cõbuſtione, aperiunturq;, et ex eis fluit erugo | Cum minutione | Cũ unguento ceruſſæ, & cãforæ poſt perforationem cum acu. | Poſt pforatione cũ acu, fiat illinitio cũ lentibus coctis, cũ corticib. granati frigi. |
| 6 | Vlcera ex cõbuſtura | ſicca<br>ſeneſcens<br>autumnale<br>ſicca<br>ſalubris | Ex ſang. aduſto, melancholico | Puſtulæ magnæ, apertæ, cum cortice nigro. | Cũ minutiõe, & decoctione epithimi | Cũ illinitione litargyri, & adipe gallinæ | Cũ emplaſtro lentiũ coctarum, uel cũ ung. ex albuginib. ouorum agitatis cũ oleo uiol. |
| 7 | Mater ſanguinis | Vniuerſalis<br>Vniuerſalis<br>Vniuerſale<br>Vniuerſalis<br>ſalubris | Ex ſang. ſudãte ſub cute penes ſiſſurã artiæ ex uulnere, & adhęret cũ panniculo ſuper eã. | Albeſcit loc9, & color eſt melãcholicus: & qñ cõprimit̃ fugit ipſe color | Nulla fiat | Ligetur poſt illinitionem cũ ſandalis. | Cum roſis, & myrto |
| 8 | Sudor intenſus | Calida<br>Iuuenilis<br>Aeſtiuum<br>Meridiona.<br>tio. ſi debilit. | Ex apertione pororum, & multis humiditatibus. | Sudor manans: & eſt ſignũ notũ | Nulla fiat | Corpus illinit̃ luto armeno, aqua roſ. oleo myrtino, & pomorum | Cum illinitione olei, gallæ, & ceruſſæ gipſinæ. |

# COMM. REIP.

1 Si fit ex cholera rubea, bibendum eſt de aqua oxyſera, mixta cum ſyrup. acet. & camfora. Et illiniendum eſt aqua coriandri recentis, & farina ordei: & corpus eſt abluendum aqua foliorum oliuæ coctorum. Si ex flegmate, ſumendæ ſunt ℥. ij. ſyrup. acet. cum aur. i. mentaſtri ſylueſtris. Et illiniendum eſt farina ordei, & apio. Quæ niſi conferant, bibendum eſt de aqua caſei per aliquos dies, cum dragea facta de mirabolan. kebulis, & nigris unc. ij. turbit, danik. ij. & feni. ℥ ſ. & poſtea aqua caſei cum zuccaro albo.

2 Hæ puſtulæ fiunt ex humore malo incluſo inter cutem & carnem: quare purguto corpore, & euitato quod generat humorem groſſum, calefaciendę ſunt pannis infuſis in aqua calida: ſuperficies membri: poſtea illiniatur aceto infuſionis myrrhæ, & rutæ cum aceto.

3 Illiniendum eſt ſuper eos cum pulpa melonum; & facienda eſt balneatio ſæpe, & diuerſa, cum aqua ebullita cum coro. regia, & furfure: & nullo modo aquæ frigida. quia ut plus generatur morbus ex ea. Et ſi illinitio fiat in balneo cum galla, & uenis citrinis tritis oleo roſ. ſatis iuuabile erit in morbis iſtis.

4 Emplaſtrũ fit cũ nigella trita, aut cũ batitura æris trita cũ aceto. Et niſi conferat, utendũ eſt talbidion: deinde butyro, Et ad corticẽ extirpandũ, utendũ eſt iterũ abſterſiuo: deinde butyro. Eradicẽt aũt ære uiridi, ære uſto, pulpa colloquin. barac, ſale armoniaco, caly arſenico, uſnen gſo ana. & calce parte ſ. trita in aqua ſaponis. Tñ debẽt prius radix ipſarũ ligari aliq̃ pilo caudæ eq. Et ut nõ reuertant̃ de cętero, utant̃ cauterio ignecalefacto. Verrucaria cõquaſſata cũ modico ſalis, uerrucis ſuppoſita, eradicat, & ſanat. Sed ĩ ſupcilio ſupiore ĩ angulo oculi applicare, dãno.

5 Perforatis ampullis cum acu, ſuperponatur eis ceruſſa mixta cum litargyro, ſand. & camphora, tritis cum aqua roſarũ. Tamen infundenda eſt bombax in eis: Deinde ſuperponenda in hora poſt horam: & illiniendum eſt circa eos luto ar. infuſo cum aceto mixto cum aqua.

6 Purgato corpore, & euitatis nutrimentis generantibus duas choleras, utendum eſt nutrimentis attenuatiuis & laudabilibus. Deinde illiniendum eſt aqua ebullita cum radice lilij, colata & mixta cum cera liquefacta. Sed ſuper ueſtigia ulcerum & morbillorum illiniendum eſt litargyro, & rad. cannæ perſæ ſiccæ, farina rizi, ſem. melonis, & coſti, tritis cum aqua ſe. melonis.

7 Si fit in aſcella, uel in inguine, collo, uel alio loco corporis in quo ſunt multæ arteriæ occultæ, tunc nulla cura fiat cum ferro. quia dubitandum eſt, ne fluxus ſang. ſit intenſus in ea. Sed ſi fit in loco paruarum arteriarum, poteſt curari cum ferro: & ſcindenda eſt pellis per longum: & extrahatur ſanies, ſi qua eſt in ea. Et arteriæ diſcooperiantur, & ſuſpendantur cum hamo. Deinde intromittatur acus cum filo de ſera ſub uno latere arteriæ, & ligetur, & incidatur filum, & ſimiliter in alio latere: & abſtergatur ſanguis. Deinde ſuperponatur puluis citrinus: deinde unguentum conſolidatiuum.

8 Illiniendum eſt cum litargyro & galla, tritis & diſſolutis cum aqua fol. uitis, & oleo citoniorum. Quod ſic fit. Recipe citonij, & florum eius p. i. roſ. ſiccarum p. ſ. coquantur aqua cõmuni ad conſumptionem medietatis. Deinde coletur, & miſceatur cum eo oleum roſ. in media parte ipſius. Deinde coquatur, donec deficiat aqua, & remaneat oleum ſolum. De quo utendum eſt circa emunctoria membrorum principalium.

## De eo quod multiplicatur in ſuperficie Capitis & Faciei.

| | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 1 | NOMINA | Complexio<br>Ætas<br>Tempus<br>Regio<br>Salus, uel ti, | CAVSA | SIGNVM | EVAcuatio | CVRA regalis | CVRA leuis inuentionis |
| 2 | Tinea | ualde ſic, & h.<br>adol. & ſenil.<br>Autumnale<br>ſicca, uel hu.<br>ſalubris | Ex flegmate ſalſo | Vlcera in quibus cutis capitis perforatur, ad modum canabi | Cũ minutione cephalicę, uentoſa, & aqua fumi terrę | Cum unctione olei roſ. & puluere foliorum liliĳ | Cum illinitione facta d'charta uſta, & aceto |
| 3 | Impetigo | humida<br>ſeneſcens<br>hyemale<br>humida<br>ſalubris | Ex uapore ſalſi fleg. & ſang. mixto cũ cholera nigra | Cadit de cute capitis ut furfur | Cum pillulis yerę, uel ſ aloe | Lauetũr mal uauiſco albo & aqua bletarum | Illiniatur cum folĳs roſarũ & bainach tritis |
| 4 | Magnitudo capitis, & tortura ipſius | ſicca<br>ſeneſcens<br>autumnale<br>ſicca<br>ſalubris | Ex uentoſitate groſsa, dimiſsa int iũ cturas capitis | Magnitudo capitis contra modum naturalẽm | Cum pillulis opertiuis | Cũ emplaſtro facto de naſturtio trito in aqua, & ſparſo ſuper annum | Illinatur cum uenis tinctor, & oleo amygdalarũ amararum per triduum |
| 5 | Apoſtema molle ſub cute capitis | ſicca<br>ſenilis<br>autumnale<br>ſicca<br>ſalubris | Ex humiditate ſubtili, incluſa intra craneum & cutem capitis | Fugit de leui cũ digito comprimitur | Cum pillulis de yera, uel cochĳs, ſi corpus repletum eſt | Illinatur luto armeno, aqua roſ. & aceto, & ligetur | Illinatur cum corticib. granati, & nuce cipreſſi, tritis cum aceto, & ligetur |
| 6 | Pannus, & lentigines faciei | humida<br>ſeneſcens<br>hyemale<br>humida<br>ſalubris | Ex uapore ſang. aduſti, uel humoris melancholici | Puncti in facie in alieno colore, cũ aliqua aſperitate | Cum minutione cephalicę & potu aquę caſei | Illinatur cum uſnen condito cum ſe. pſiliĳ, melonis, & farina hordei | Illinatur cum amygdal. amaris, lentib. coctis, & ficub. tritis |
| 7 | Morũ, puſtulæ in facie, & puſtulę lenticulares | ſica<br>ſeneſcens<br>autumnale<br>ſicca<br>ſalubris | Ex humore groſso cum acuitate | Puſtula uicerata in parte interiori maxillæ procedens, uel lenticularis ut lens | Cũ decoctiõe epithimi | Cũ unguento uiridis æris | Fricetur cum zuccaro ut exeat ſanguis |
| 8 | Vſtiones & fiſſurę faciei | sicca<br>ſeneſcens<br>autumnale<br>ſicca<br>ſalubris | Ex materia groſsa, & acuta | Vlcera liuida ut tinea | Cũ decoctiõe epithimi, et minutione cephalicæ | Fricetur locus, & ilinetur unguento ruffo | Illinatur cum litargyro, oleo, aceto, & uenis citrinis |
| 9 | Alopitia, & uitium ſerpentis | ſicca<br>ſeneſ. uel adol.<br>autumnale<br>ſicca<br>ſalubris | Ex aliquo humore | Caſus pilorũ cum colore humoris agentis | Cũ minutiõe ſi ex ſang. & pilſulis yerę & cochĳs, ſi ex alio humore | Fricetur cum panno aſpo, & illiniať cũ amygd. am. & oleo balſa. | Illinatur cum capillis uſtis, ſpuma maris, amygdalis amaris, tritis cum aceto. |

1532

# COMM. REIP.

1 Vngatur caput oleo ſiſamino,& aſpergatur de puluere florũ lilij. Aut recipe gallæ, myrti ana. olei ſiſamini ʒ iiij. ceræ ʒ ij. liquefiat cera: miſceantur, fiat unguentum. Aut fiat de luto olibani, ſtercore columbino, ſale tritis, & diſſolutis in oleo ſiſami. Quod ſi non conferat, minuantur ambæ uenæ quæ extra aures ſunt,& liniatur caput cum ſanguine extracto.

2 Poſt purgationem corporis per triduum, Recipe farinæ cicerum ʒ iiij. farinæ fenugræci, baurac, nitri albi, triti bene, & maluauiſci ana. ʒ i. diſtemperentur cum aceto mixto cum aqua ſæpe: radatur caput: deinde inungatur cymolea, oleo roſ. & aceto.

3 Purgato corpore fiat ſternutatio cum xyloaloe indiano, aloe, ſpuma maris, fiſticis, ſuſ, & ambra ana. croci parte ʒ. inde terantur, cribellentur, & diſtemperentur ſucco maioranæ ad pondus aur. i. Et imponendum eſt de ſucco ipſo naribus per naſale per triduum in quolibet menſe, principio, medio, & fine.

4 Si corpus eſt repletum, euacuandum eſt. Et correctis nutrimentis, illiniatur cum eo quod dictum eſt. Et omne deſiccatiuum conſumens humiditatem eius, iuuatiuum eſt.

5 Fiat illinitio talis. Recipe corticum cannarum ʒ v. ſem. radicis, erucæ, condiſij ana ʒ ij. terantur cum ſucco radicis, & illiniatur per noctem de eis. Lauetur mane cum furfure. Et ſi pannus eſt groſſus, fiat cum ſinapi trito cum ſtercore paſſerum, infuſis & diſſolutis in decoct. ficuum. Et ſi exinde fit ardor, illiniatur cum dragaganto, & lacte recenti.

6 Quod niſi conferant medicinæ, fricetur inſtrumento chirurgico, aut zuccar. fricatione bona, ad eradicandum ipſum, illinito poſt unguento uiridis æris. Et eradicato ipſo finaliter, illinitio fiat de unguento ruffo, & alio, generantibus carnem. Et puſtulæ lenticulares inungantur unguento facto cum cera liquefacta, oleo, gumi arab. baurac, & condiſio. Et ſi pruritus fuerit, liniatur cum opio.

7 Purgato corpore ſuperponantur loco ſanguiſugę, ad ſugendum ſang aduſtum. Deinde illiniatur lentibus tritis, coctis cum adipe gallinæ: & illiniendum eſt ſuper fiſſuras faciei, cera liquefacta, oleo mixto cum dragaganto, & mucilag. ſem. citoniorum: & abluendæ ſunt poſtea furfure ſimilæ. Et ſi fiſſura fit in labio, illiniatur cornu ceruino uſto, trito cum ſepo caprino liquefacto.

8 Euitatis rebus generantibus humorem ex quo fit, fricetur panno groſſo locus donec rubeſit. Deinde ſcarificetur profunde, et liniatur allio trito, ſi ex flegmate fuerit, uel cum baurac, ſinapi, & ſtaſiſagria tritis in oleo. Et ſi inde ampulletur, illiniatur oleo roſ. ceruſſa, & adipe gallinæ. Si ex cholera rubea fiat, illiniatur cũ abrotano, uſto lycio, & oleo myrtino. Deinde lauetur cum furfure, & maluauiſco. Et ſi pili cadunt poſt acutũ morbum, humectetur corpus cum hædis, arietibus, & balneo. Et inungatur oleo myrti, & oleo emblicorum.

## De moribus accidentibus in ſuperficie corporis, ut Pedibus & Manibus.

| | NOMINA | Salus, uel tior.<br>Regio<br>Tempus<br>Aetas<br>Complexio | CAVSA | SIGNVM | EVAcuatio | CVRA regalis | CVRA leuis inuentionis |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 1 | Vena ciuilis. | Salubris<br>Calida<br>Hyemale<br>Iuuenilis<br>Calida | Ex ſanguine melancholico aduſto. | Siccitas ipſius uenæ, ipſa mota ſub cute. | Cum minutione, ſi eſt cum febre. | Cibetur carnibus, arietinis, & ſimilibus. | Cum balneo, & illinitione membri. |
| 2 | Vitium elephantis. | Salubris<br>Sicca<br>Autumna.<br>Seneſcens<br>Sicca | Ex melancholia. | Magnitudo ad modum pedis elephantis. | Cum pil. aloe, & aq̄ caſei. | Cū quiete & ocio, & nutrimentis laudabilibus. | Cū illinitione facta cum acacia, & rami. & aloe. |
| 3 | Varices. | Salubris<br>Sicca<br>Autumnale<br>Seneſcens<br>Sicca | Ex melancholia, & multo labore pedum. | Tortura uenę pedis, & groſſitudo, & ipſius uiriditas. | Cum minutione ipſarū uenarum, & decoct. epithimi. | Cum modico labore, & bono cibo, & balneatione. | Cum modico labore, & balneatione. |
| 4 | Sciſſura, & excoriatio manuū, & pedum. | Salubris<br>Sicca<br>Autum.<br>Seneſcens<br>Sicca | Ex pruritu de hu. melācholico, ſiccitate, lęſura ex equitatione. | Manifeſtum. | Cum decoct. epithimi, ſi eſt de melancholia. | Illiniatur uiol. tritis mane, & ſero. | Illiniatur gumi granorū uiridium, cocto cum oleo. |
| 5 | Pannaricium. | Salubris<br>Calida<br>Veris<br>Seneſ. & iuue.<br>Calida | Ex ſanguine. | Apoſtema prope unguem cū multo dolore. | Cum minutione. | Infrigidet̃ ſuper calefactū, cum pſillio in frigidatiuo. | Cum pſillio trito aquæ, & aceto. |
| 6 | Inflatio pruritus, & lęſio digitorum. | Salubris<br>Frigida<br>Hyemale<br>Senil. adol.<br>Humida | Ex incluſione alicuius rei in eis, quæ propter frigus nō poteſt diſſolui. | Manifeſtum. | Nulla fiat. | Emplaſtret̃ lentibus excoriatis, tritis aqua blitarum. | Cum furfure cocto aqua & aceto. |
| 7 | Curuatio unguiū, & ſubtiliatio ipſorum. | Salubris<br>Sicca<br>Autum.<br>Seneſcens<br>Sicca | Ex ſiccitate. | Manifeſtum eſt. | Nulla fiat. | Cū cera, oleo uiol. & amygdal. | Cum cera, oleo ſiſamino. |
| 8 | Baras, unguium, & læſio ex calciamēto. | Salubris<br>Frigida<br>Hyemale<br>Senilis<br>Frigida. | Ex flegmate. | Albedo in ungue. | Cum pillulis aloes. | Cū fenugręco & ſe. lini tritis cū ſyr. acetoſo in emplaſtro politis. | Cū ſulfure citrino, rufo arſenico, tritis cū aceto, illiniendo cū eis. |

# COMM. REIP.

1 Euitatis acutis,ut piſcibus,& lenticulis cum aceto,dactyl.& ſimilibus,illiniatur locus cum aloe:ad prohibendũ eius acceſſum.Et ſi manifeſta:liganda eſt ſuper tabella plumbea, & inuoluenda pars egrediens cum ipſa tabella bona ligatura: & ſuſpendenda eſt ipſa tabella, ad extendendum eam moderate,ita ꝙ non poſſit incidi.Et niſi manifeſtetur aliqua pars ipſius extremitatis,ſcindatur locus ipſius.Deinde apparebit extremitas aliqua. Et iuuat ad extrahẽdum eam emplaſtrum factum tale. Recipe ceræ ritul.quart. ij. oleo ſiſami. tantundem: litargyri, cineris cannarum ana.ʒ iij. calcis ʒ i. fiat unguentum,uel emplaſtrũ cum pſillio,& oleo uiol.

2 Poſt euacuationem & illinitionem ligandæ ſunt tibiæ faſcijs fortibus, & latis, a calcaneo ad genu. Vtendum eſt uomitu, & emplaſtro ſe.caulium,ſarmentorum uitis, cinerum lupinorum,nitri,ſtercoris caprini,farinæ fenugræci. diſtemperatorum inſimul cum ſucco caulium.

3 Euitatis nutrimentis generantibus choleram nigram, utendum eſt quiete pedum in modico labore ipſorum.Quia communiter generantur ex ponderoſo humore,& onere.Et correctis nutrimentis,ſi uis,curetur ferro: & ſcindendum eſt ſuper uenas. Deinde ligandæ ſunt ipſæ uenæ in loco ſano ipſarum cum filo de ſerico, in quolibet latere: & incidenda ſunt corpora inter media ipſis ligaturis.

4 Bibat patiens quolibet die per hebdomadã unc. ij. olei ſiſamini: & fumat de pedibus anetum.Et liniatur ſuper fiſſuras pedum de alcanna diſtemperata cum fenugręco trito.Et ſuper fiſſuras calcanei,& partium ipſius de ſepo caprino,cum galla trita, uel medulla tibiarum uaccarum,mixtis cum cera,oleo uiol. litargyro,dragagan.& galla. Sed ſuper læſionem accidentem ex equitatione,uel alia re in eis,illiniendum eſt cum lytargyro diſſoluto in oleo roſ. aut cum luto ar.diſſoluto in oleo roſ. Et ſuperponendæ ſunt ei roſæ tritæ cum myrto.

5 Et niſi mitigetur dolor cum infrigidatiuis, utendum eſt medicinis maturatiuis. ut ſe. mentaſtri,& lini,ſuperpoſitis ei.Et ſuperponatur pannus lini cum pſillio infrigidato.& per hoc aperitur:& comprimatur,ad expellendum id quod in eo eſt.Et ſuperponãtur lentes coctæ in aqua roſ.cum myrto.Aut ungendum eſt cum unguento albo. Et ſi fortificatur dolor, liniatur opio, & aceto.Et ſuperponatur pannus cum pſillio.

6 In hyeme illinitio fiat cum ficubus coctis in aqua caulium, & lentibus excorticatis:uel orobo,lupinis,& bletis coctis in aqua:uel decoct.raparũ: uel ficubus tritis cum oleo. Quod ſi non conferat,fiat cum iuſquiamo cocto in aqua.Et ſi color eſt liuidus,ſcarificandus eſt locus, & emplaſtrandus oliuis coctis. Et ſi excoriatio ipſorum fit ex concuſſione,ungendum eſt ſuper eos, & ligandus eſt pãnus cum diachilon,illinitione facta prius de ruſo arſenico, & citrino, & opopon.tritis in oleo amygdalarum amararum,& oleo.Ad euellendum unguem corruptum,emplaſtrum fiat cum euellentibus eum.

7 Humectanda eſt complexio nutrimẽtis cõuenientibus. ut carnibus arietinis,hædinis,gallinarum,piſcibus aſperatilibus.Et utendũ eſt diachilon diſſoluto in oleo amygdalarũ, & uiol. Emplaſtrandum eſt maſtice trito cum paſſul.ſine nucleis.Et ſi corrumpitur unguis, & uis eum euellere:emplaſtretur diachilon: & illiniatur cum arſenico ruſo,& citrino, & opopon. diſſolutis in oleo amygdalarum amararum, & oleo communi.

8 Illiniendum eſt ſuper unguem medicamine tali.Recipe uiſci, arſenici ana.cantaridum quartam partẽ illius: terantur aceto,& ex his fit illinitio ſuper unguem.Et concuſſio unguis ex percuſſione,aut re ſimili,emplaſtranda eſt folijs myrti, & granati, cum aqua tritis: uel cum farina ordei,& oleo ſiſami.Et læſio de calciamẽto curãda eſt pulmone caprino ſuperpoſito:& ſi comburitur,& ſuperſpergitur ei puluis cinerum eius,iuuabit eum ualde.Hoc idem facit pul.cineris pellis uetuſtę.Mitigato dolore,utendum eſt cinere fenugræci,& acacia,tritis,& diſtemperatis cum aceto.

## De Vulneribus, & Vlceribus multiplicatis.

| | NOMINA | Salus, uel tior. / Regio / Tempus / Aetas / Complexio | CAVSA | SIGNVM | EVAcuatio | CVRA regalis | CVRA leuis inuentionis |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 1 | Vulnus ſingulare. | ti.ſi mẽ.no.ꝑ. Vniuerſalis. Vniuerſale. Vniuerſalis. Vniuerſalis. | Extriſeca, enſe, uel gladio. | Manifeſtum. | Nulla fiat. | Cũ adheſione labiorũ, euitata re cadente in eo. | Cũ bona ſtrictura, & plumaceolis bene formatis. |
| 2 | Vlcus ſingulare. | ti.ſi mẽ.no.ꝑ. Vniuerſalis. Autumna. Senilis Frigida | Ex uulnere præcedente. | Vulnus chronicum. | Cum minutione, ſi corpus fuerit repletum. | Cum bombace ueruſta, infuſa in oleo roſarum. | Cum papauere ſylueſtri uſto, aut alphita, & thure. (alias, farina ordei, & thuris.) |
| 3 | Vlcus ſordidum. | ti.ſi.mẽ.no.ꝑ. Humida. Hyemale Senilis Humida | Ex debilitate mẽbri in diſſolutione ſuperfluitatis cibi. | Sordicies humiditatum. | Cum ſyr. roſ. & troc. uiol. | Cibeť pullis, perdicibus frixis, uel rebus aſſis in ueru. | Illinitio fiat cũ melle. |
| 4 | Vlcus frigidum. | ti.ſi.mẽ.no.ꝑ. Meridional. Siccum Iuuenilis Frigida | Ex uſu rerũ frigidarũ, & uulnere præcedente. | Liuiditas, & pauca caliditas. | Nulla fiat. | Cibeť iure cicerũ, cũ carnibus coctorũ. | Epithimeť ſuper locũ ſæpe in die aqua tepida. |
| 5 | Vlcus cũ mala cõplexione. | ti.ſi mẽ.no.ꝑ. Frigida Hyemale Senilis Humida. | Ex ꝓhibitione diſſolutionis, multaq; cibi ſumptione. | Multa humiditas, eruginoſa, & caro mollis. | Cum turbit, & mirabolanis. | Cũ litargyro, oleo roſ. & aceto, cadmia, acgũi, balauſtia, inſimul tritis. | Cũ thure, alphita.i.farina ordei, et melle diſtemperatis. |
| 6 | Vlcus cũ mala complexione ſicca. | ti.ſi mẽ.no.ꝑ. Humida. Autum. Senilis. Sicca. | Ex multo intenſoq; labore, & pauca cibatione. | Ariditas uulneris, & macies ipſius. | Nulla fiat. | Cibeť pulte, & iure unctuoſo: & laueť locus aqua tepida, & oleo roſarũ. | Cibetur ouis mollib9, et ſuperponať uulneri butyrum coctum. |
| 7 | Vlcus cum caliditate. | ti.ſi mẽ.no.ꝑ. Sicca Aeſtiuum Seneſcens Calida | Ex intẽſo motu, & effectu alicuius rei calidæ, uulnere præcedẽte. | Rubedo membri cum inflãmatione, & dolore. | Cum minutione. | Cibeť pullis, cũ acetoſa, ſugat granatũ & pomũ, & utendũ eſt ung. ceruſ. | Cum ptiſana, aqua granati, & tamarind. |
| 8 | Vlcus cũ apoſtemate, uel carne addita. | ti.ſi mẽ.no.ꝑ. Sicca Aeſtiuum Iuuenilis Calida | Ex ſuperfluitate precedente ad locum uulneris. | Inflatio, uel caro addita ſuperficiei corporis. | Cum minutione. | Cũ iulep, aqua ordei, & ſyr. acetoſo, & cibo frigido, cũ ſucco granat. | Illinitio fiat cũ unguẽto ceruſſæ. |

1532

# COMM. REIP.

1 Poſt adhæſionem uulneris cum quatuor plumaceolis ex utroq; latere, ſuperius & inferius, ſi non adhæret, ſuatur. Et poteſt fieri ſutura, quando uulnus accidit in latitudine corporis. Et ſi caleſit uulnus, ſuperponatur uulneri pul. ſandal. infuſus in aqua endiuiæ ſuper plumeaceolis. Et ſutura ſit per biduum, uel triduũ in uulnere, nõ in ſanguine ipſius: fricentur labia ipſius cum capite inſtrumẽti lati, ut ſanguinem emittant. Deinde ligent̃, ut ſupradictũ eſt. Si uulnus eſt magnum, ſuperponat̃ pul. citrinus factus de ſarcocolla ʒ ij. aloe, opio, ſief, memite ana ʒ 1. ſang. dra. myrrhæ ana ʒ ſ. croci danik 1. tritis & cribellatis: fiat pul.

2 Si ulcus non eſt mundum, impleatur bombace uetuſta cum butyro ueteri, et mundificetur lotione mellis. Et ſi eſt ſine febre, curetur unguento fuſco. Mundificat quoq; ulcus, & generat carnem thus, aloe, ariſtol. radix lilij cœleſtis, & cadmia argenti: terantur bene, ex ſuperponantur ulceri. Et ſi humiditas ſit multa, diſtemperentur dictæ medicinæ melle, & cum eis illiniatur ſuper pannum lini: & ſuperponantur ad modum unguenti. Et ſi ulcus eſt in capite, & non tangit craneum, ſuperponatur ei unguentum factum de oleo roſ. ʒ iiij. ceræ ʒ iij. liquefacta tñ cera in oleo: & mixtis cum eis aloe, acacia, ſang. dra. ana ʒ ſ: Et repleto uulnere carne, conſolidetur galla, cortice granati, balauſt. abrotano uſto, & folijs lilij.

3 Vitet humectatiua, & multum cibum. Et ſumat galliculos. Curetur hoc unguento. Recipe armoniaci ʒ iiij. uiridis æris ʒ 1. ariſtol. ʒ 1. diſſoluatur armoniacum cum aceto, & alijs medicinis. Miſceantur. Et curetur unguento facto de litargyro, & uenis citrinis, cum aceto, & oleo roſ. Et ſi ebullitio fuerit multa, auge in eis modicam partem gallæ, balauſtiæ, & cadmiæ argenteæ.

4 Parum bibat de aqua. Et curetur ulcus cum unguento fuſco de unc. 1. litargyri, & iij. parte rotulæ olei, prius trito litargyro bene, & cocto donec nigreſcat. Deinde miſceat̃ thure, ſang. dra. ſarcoc. ana ʒ ij. agitentur: & comedat uuas paſſas ſine nucleis, oleum, & ficus.

5 Vtatur unguento mane, & luto uetuſto ſero: etiam modico unguento æris uiridis poſito ſuper illud per diem totum cum bombace ueteri. Et ſi ulcus eſt magnum, cum carne molli inflata, & humiditate corrupta, utatur medicamine acuto. Et facto cortice ſuper illud, ſuperpone ei butyrum cum bombace ueteri. Et niſi contulerit, fiat combuſtura cum cauterio.

6 Debet augere cibum, ut competit. Et curetur ulcus cum rebus minoris deſiccationis, farina orobi, & ordei. Et utatur in cibo humectatiuis, iuſcellis unctuoſis, & lacte recenti, cum ſimilibus corpus humectantibus.

7 Infrigidetur complexio. Et curetur unguento confecto de litargyro, aceto, & uenis citrinis. Et ſuperponatur plumeaceolis ſandal. tritum. Et fiat illinitio circa uulnus cum ſandal. aqua endiuiæ, portulacæ: & nutriatur, oleribus aceto coctis, cum cucur. ſi eſt cum febre: ſi ſine febre, cum gallo, & ſucco granati.

8 Superponatur plumaceolis ſandal. tritum. Et fiat illinitio circa uulnus cum utroq; ſandal. & aqua ſemperuiuæ. Et ſi eſt cum eo caro addita, utatur unguẽto æris uiridis. Et ſi in labijs uulneris eſt caro dura, fricetur inſtrumento chirurgico, & euellatur. Et ſi caro eſt groſſa, incidatur ferro. Deinde cum unguento curetur. Et ſi non poteſt incidi, ſuperponatur de kalkidion, & dick baralick: deinde butyrum, donec cadat cortex. Deinde medicamen duram faciens carnem.

## De Vlceribus, Cõbuſtura ignis, extractiõe telorũ, ſpinæ, & Percuſſione cũ fuſtibus.

| | NOMINA | Complexio<br>AEtas<br>Tempus<br>Regio<br>Salus, uel ti. | CAVSA | SIGNVM | EVACUATIO | CVRA regalis | CVRA leuis inuentionis |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 1 | Vlcus cum ſeparatione cõtinuitatis uenę. | Vniuerſalis.<br>Vniuerſalis.<br>Vniuerſale<br>Vniuerſalis<br>tior.in arteria. | Manifeſta eſt. | Si eſt exitus ex arteria, erit cũ ſaltu, cum colore rubeo. | Nulla fiat. | Pãni infuſi in aqua roſ. & aceto applicentur loco. | Aſpergatur ei pul. uaſis figuli cũ extrahit de fornace. |
| 2 | Vulnus neruorum. | Vniuerſalis.<br>Vniuerſalis.<br>Vniuerſale.<br>Vniuerſalis.<br>tior.in neruo. | Manifeſta eſt. | Manifeſtum eſt. | Nulla fiat. | Cum oleo roſ. & thucia condita cum eo. | Cũ lana infuſo oleo tepi. & calce lota cũ oleo, aut gumi grani uiridis cũ oleo. |
| 3 | Vlcus cũ fractura oſſis. | Vniuerſalis.<br>Vniuerſalis.<br>Vniuerſale.<br>Vniuerſalis.<br>Tior.in cap. | Ex lapide, caſu, uel ſimili re. | Partes inueniũť ſeparatæ, tangẽdo cum manu: & diſformitas. | Cum minutione. | Cũ emplaſtro ſtricto fortiť, cũ reſeruatiõe æq̃li, & decẽti. | Si eſt in capite, cũ ariſtol. rot. trita aqua bethonicæ. |
| 4 | Vlcus cum dolóre. | Calida<br>Adoleſcens.<br>Veris.<br>Vniuerſalis.<br>Timo:eſum. | Ex forti retentiõe mẽbri. | Manifeſtum. | Cum minutione. | Illiniatur cũ ſandal. | Illiniatur opio. |
| 5 | Vlcus malignum. | Calida.<br>Adoleſcens.<br>Veris.<br>Calida<br>tio.in mẽ.no. | Ex multa quãtitate humoꝝ, & prohibitiõe diſſolutionis. | Vlcus nigrum. | Cum decoctione fructuum caſief, & minutione. | Illiniať infuſione ſand. cam forę in aq̃ roſ. Comedat piſas coctas cum ſucco granati. | Vtať lactucis, & endi. & emplaſtreť butyro, aq̃ endiuiæ, & maluauiſco ol. roſ. & uiol. |
| 6 | Fiſtula. | Humida.<br>Seneſcens.<br>Hyemale.<br>Meridiona.<br>tior.in mẽ.no. | Quando ulcus tranſit.xl. dies. | Conſtrictio oris, amplificatio fundi poſt xl. dies. | Cum minutione, ſi fuerit corpus repletum. | Repleať bombace infuſo in uino cocto ad.iij. & ex puluere citrino. | Cũ gumis uuarum uſtis, & aqua roſacea. |
| 7 | Combuſtura ignis. | Vniuerſalis.<br>Vniuerſalis.<br>Vniuerſale.<br>Vniuerſalis.<br>ti.ſi.px.mẽ.no. | Manifeſta. | Manifeſtũ. | Cum minutione, ſi dubitatur ꝙ fiat apoſtema. | Superponať ei ouũ, cũ aqua & luto ar. infuſo in aceto, & aq̃ ſolatri. | Emplaſtretur lentibus bene coctis. |
| 8 | Extractio telorũ, & cura percuſſionis cum fuſtibus. | Vniuerſalis.<br>Vniuerſalis.<br>Vniuerſale.<br>Vniuerſalis.<br>ti.ſi.px.mẽ.no. | Manifeſta. | Manifeſtũ. | Cum minutione. | Superponať ariſtol. trita armoniaco, uel cũ adamante. | Cũ radicibus cannę recentis, tritis cũ melle, aut gumi fiſticino, & pice. |

CVRA COMMVNIS.

1 Si exitus ſang. fit de manibus & pedibus, fiat ligatura in locis quæ ſunt ſuper membrũ patiens. quia iuuabilis eſt ei: tamẽ non debet eſſe lenis, nec fortis ualde. Et ſuperponaẽ loco pul. ſubtilis cum pul. thuris, diſtẽperato cũ albumine oui: & infundanẽ pili leporis, uel bombax in eis: & ſuperponatur, & ligeẽ ſuper locũ cum uolutõibus multis fortiter: & dimittaẽ per triduũ: poſt diſſoluaẽ. Et ſi adhæret medicamen uulneri, ſuperpone ei aliud: ſi non, tollaẽ cum lenitate, & ſuperponaẽ galla uſta, & ſuperaſpergaẽ farina molendini, diſtemperata cum albumine oui, et cum pilis leporis infuſis in eis. Et ſi non ceſſauerit fluxus ſanguinis, incidatur arteria poſtquam ligatura fuerit in utraq; extremitate ipſius cum filo fortiter.

2 Euitet, q̃d non tangat locũ aqua, neq; medicina trita cũ aqua, ſed calefiat cũ oleo tepefacto, & lana per biduũ, aut triduũ. Ceſſante dolore, & aſſecurato apãte, cum adhæſiuis cureẽ. Et ſi fit in eo apã calidũ, utatur rebus tritis cũ aceto. ut calcadis, nitro, batitura æris, cera, cortice thuris tritis & poſitis in olla de lapide. Et euitet oẽm rem frigidã. Et ſi accidit ſpaſmus ex uulnere nerui, incidatur neruus ſpaſmatus. Quod ſi tendit ſpaſmatio ipſius ad cerebrũ, peribit. Inungantur ſpondilia dorſi cum oleo uiol. et adipe gallinæ. Et ſi uulnus ſit in capite, & tendit ad partes cerebri, non debet conſolidari: ne pereat patiens: ſed ſuperponatur ei lana infuſa in oleo roſ. per triduum: deinde unguentum abhæſiuum.

3 Si inueniẽ in ulcere os corruptum, & ſignũ dat, q̃ conſolideẽ quandoq;, deinde reuertitur, & aperitur. & de eo manat erugo, & ſentitur ſonitus cum tactu inſtrumẽti: utatur medicamine acuto: & facto cortice ſuper ulcus, utatur butyro calefacto: ut cadat caro corrupta, & diſcoope riatur os: & oſſe apparente, ſi non poteſt incidi, effundatur in eo butyrũ calefactum per aliquos dies, donec cadat: aut folium ficus tritum aceto. Deinde curetur per unum diem cum unguẽto uiridis æris: & per alium diem per bombacem ueterem.

4 Si ſit dolor fortis, debet curari cũ granatis dulcibus, coctis cum uino cocto ad tertiã, poſitis in emplaſtro. Et illinitione facta extrinſecus cũ narcoticis, & mitigato dolore, ceſſare debent narcotica, quia nocent mẽbro & ſenſu eius, & prohibent generationẽ carnis.

5 Et ſi uirtꝰ fuerit debilis, nutriaẽ iure galliculoꝝ: & emplaſtreẽ cum eo quod dictũ eſt, donec ſedeẽ dolor. quod cognoſciẽ per laxitudinem & molliciem loci: & apparebit in termino nigredinis albedo aliqua: et habito modo ipſius, cureẽ butyro, et unguento uiridis æris, cum ſarcocolla trita bñ, donec cadat nigredo, & tendat ad carnẽ rufam. Et ſi dilataẽ ulcus, et non adhęret: curetur cũ oleo roſ. & unguẽto ceruſſæ. Quod ſi non contulerit, & uis curare cũ ferro: incide circum circa, donec peruenias ad carnem ſanam. Deinde curetur cum generantibus carnem.

6 Si ſit ualde concaua, inijce ei aquã roſ. cum cinere uitis. Et niſi contulerit, ſcindatur, & curetur ut uulnus. Et notũ ſit, q̃ ſi uulnus ſit in pectore, & peruenit ad ultimã concauitatẽ, aut in cerebro, & peruenit ad ultimũ uentriculũ, patiens non uiuet. Et ſimiliter ſi ſit in epate, aut ſtomacho uulnus magnũ, erit timoroſum, & difficile eſt, ut patiens inde euadat, & curetur.

7 Illiniaẽ atramẽto perſo, & lenticulis, & farina ordei, tritis cũ albumine oui, et oleo roſ. Deinde cum ceruſſa, litargyro, oleo roſ. albumine oui, percuſſis modico aceto, & infrigidatis fiat illinitio. Et iuuat eam unguentũ calcis, quod ſic fit, Recipe calcis extinctæ, infundatur in aqua, & dimittaẽ per horam. Deinde coletur ab ipſa aqua, & infundaẽ in alia aqua: & hoc fiat quater. Coletur aqua: & dimiſſa ſubſtantia dimittatur aqua, donec clara ſit. Deinde effundaẽ paulatim: & reſidentia deſiccetur parum. Deinde miſceatur cum oleo roſ. & percutiatur, uſquedum ueniat ad modũ unguenti: quo utendum eſt in omni combuſtura. Et ſi combuſtura ſit ab aqua calida: effundatur ſuper eam ante ampullationem aqua oliuarum ſalitarum, aut aqua cineris. Et factis ampullis, curetur unguento ceruſſæ, & calcis & frigidetur cum ſandal. & aqua roſ.

8 Extrahatur cũ medicinis. Et ſi poteſt capi tenaculis, capiaẽ, & extrahaẽ. Et ſi os eſt ſtrictum, amplieẽ: ut ingrediatur tenacula. Et ſi cadit in oſſe: cõmoueatur ſępe, donec extrahaẽ. Et ſi habet additamentũ, ut hamus ad ſuperius, & times illud extrahere, ne incidat aliqua corpora, amplietur uulnus: ut facilius extrahaẽ. Et ſi tenacula poſſunt tangere torturã ipſius, bonũ erit, q̃ rectificent & reſtringant eam. Et ſi profundaẽ, & frangitur lignũ eius: formetur pa. in illa forma qua erat quando corruit in eum ſagitta: deinde inquiraẽ, & tangatur digito. Et ſi fuerit in oppoſita parte: debet ſcindi locus in quo ſentiẽ caput ſagittæ: & extrahaẽ. Et inquiraẽ, utrum habeat aliqua additamẽta, forte fracta in loco. Et percuſſio fuſtigationis curetur cũ pelle ouina ſtatim excoriata, ſuperpoſita loco percuſſo: & ſanabiẽ per diem & noctem. Aut ſuperponaẽ pannus infuſus in aqua roſ.

## De Morſura Punctioneq; animalium uenenoſorum.

| | NOMINA | Complexio<br>AEtas<br>Tempus<br>Regio<br>Salus, uel ti. | CAVSA | SIGNVM | EVACVATIO | CVRA regalis | CVRA leuis inuentionis |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 1 | Morſus canis rabidi. | Sicca.<br>Iuuenilis<br>Aeſtiuum<br>Sicca<br>tior. ſi tio. aq. | Ex dñatione ſiccitatis ſup patientē morſum. | Superponatur ei nux trita, & detur in cibo gallinæ: & ſi moriatur, rabidus eſt. | Ponātur uentoſę ſup morſu, & ſugatur. | Cum aur. s. de tyriaca. | Amplietur os uulneris, & ſuperponaꝰ ſinapis trita butyro, uel melle. |
| 2 | Morſus hoīs, leōis, leopardi, ſimię, & canis. | V niuerſalis<br>V niuerſalis<br>V niuerſale<br>V niuerſalis<br>ti. ſi. px. mē. no. | Manifeſta | Interrogeꝰ patiens, a q̃ morſus ſit. | Cum minutione, ſi repletū fuerit corpus. | Emplaſtreꝰ ariſtol. & radice ireos, ex melle | Emplaſtreꝰ cū cepa narciſſi, trita bene cū aceto. |
| 3 | Morſus muſtelę, pediculi, uulturis, et lacertę leproſę. | Frigida<br>Iuuenilis<br>Aeſtiuum.<br>Sicca<br>Timoroſus. | Manifeſta | Dolor fortis, ex quo cadit pa. tempore morſus. | Sugatur. | Emplaſtreꝰ aq̃ tepida, cocta oléo, & laueꝰ cum ea. | Emplaſtentur cepis, & allio. |
| 4 | Punctio tyri. | Calida<br>Iuuenilis<br>Aeſtiuum<br>Cali. & ſicca<br>tio. ſi eſt picl. | Ex forti aduerſitate acuitatis, & aduſtionis. | Hūiditas manās de loco calido, cum ampullis, ut ex igne. | Cum minutione. | Cum tyriaca maiori & minori, & metridato. | Vtatur in cibis cepis, allijs, & porris. |
| 5 | Punctio ſcorpionis. | Frigida<br>Senilis<br>Aeſtiuum<br>Meridiona.<br>Timoroſa | Ex forti aduerſitate infrigidationis cordis, & eius nocumento. | Apoſt. loci morſus cū rubedie, & dolore, remanet ſignū liuid. ſincopis, ſud. erectio uirgæ. | Sugatur locus punctionis. | Illiniatur oleo ſcorpiōis, uel muſtellino. | Piſtetur ſcorpio, & emplaſtretur: uel cum caſtor. euforbio, & oleo. |
| 6 | Punctio ueſpæ, uel apis. | Calida.<br>Iuuenilis<br>Aeſtiuum<br>Calida<br>ti. ppe mē. no. | Ex caliditate ipſius ueneni. | Dolor fortis ſine apoſtemate, cū pruritu, humiditate, & rigore. | Cum minutione. | Illiniaꝰ luto armeno, & aceto. | Emplaſtreꝰ ſpuma parietis, ex aceto, uel luto foraminis ueſpæ cum aceto. |
| 7 | Punctio araneæ, & rutelę. | Frigida<br>Senilis<br>Aeſtiuum<br>Calida<br>Tior. ſi uene. | Ex aduerſitate frigiditatis ueneni. | Apoſt. loci pūcti, & erit i facie ut pūctio acus: et aliqñ ſincop. ſi fuer. i arteria, aut mămilla. | Sugatur. | Epithimeꝰ aqua calida pluribus uicibus. | Emplaſtreꝰ ſale & myrrha, & ſale diſſoluto in aqua. |
| 8 | Punctio ſcorpionis, gerrara. | Calida<br>Iuuenilis<br>Aeſtiuum<br>Exercits hor.<br>Timoroſa | Ex forti aduerſitate eius caliditatis. | Dolet in. ij. & iij. die, & nō in pri. migitq; ſā. cū ſaltu cordis ſincopi, & exitu linguæ. | Cum minutione, ſuperponatur uentoſa, & ſugatur. | Cum lacte recenti, & aqua pomi acidi, cū camfora. | Vtaꝰ aqua ordei, uel lacte acido exbucuato & percuſſo: & in cibo pomis acidis. |

1532

# COMM. REIP.

1 Poſt ampliationem oris eius, ſuperponantur ei uentoſæ: et imponatur uentoſæ bombax ad cautelam illius qui fugere intendit per eam. Deinde ponantur cancri uiui in olla æris ſuper ignem, & incinerent. Poſt fiant partes .iiij. cineris ipſorum, thuris pars .i. gentianę partes .ij. fiat pul. de quo detur potui tertia pars ipſius cum aqua frigida, aceto, & melle & primo die. Et ſi poſt aliquos dies eſt, pone medicamen in dupla quantitate. quia Gal. dicit, ꝙ ſanauerat quendam hoc medicamine poſtq̃ fuerat cum timore aquę. Et curetur regimine laborãtis melancholia. Nullo uero modo conſolidetur uulnus, antequã ſuperponatur nux trita nocte, dieq́ʒ. Deinde dentur gallinæ in cibo. quia ſi inde moritur gallina, iterato ſuperponatur emplaſtrum. Sin autem: curatus eſt. Et cibetur gallina, arietibus, menta, & meliſſa. Quod ſi timor in potu aquæ ſuperuenit, patiens non poſſet liberari. Tamen regatur regimine melancholiæ, uel mala cogitatione laborantis: & inmittatur aqua ori eius per cannale. Et dicitur: ꝙ ſi aqua approximatur ei in uaſe ligneo ſuper pellem dabli claudicantis, eam bibat, etiã ptiſanam cũ mucilaginibus, & trociſcis mitigantibus ſitim, cum granis cucurbitæ, portulacæ, citonij ana. gumi, amido, dragagan. ſpodio ana pars media, tritis cum pſillio, & trociſcatis. Doſis aur. i. cum aqua frigida. Dicitur etiam ꝙ epar canis rabidi uſtum, & comeſtum iuuat.

2 Curetur medicinis attractiuis, ut emplaſtro prædicto: uel unguento æris uiridis. Et morſus hominis ieiuni nociuus eſt. Emplaſtretur cinere uitis, aceto, & oleo: aut farina fabarum, confecta cum oleo & aceto roſ. Et morſus ſimiæ, & canis rabidi emplaſtretur cepis, ſale tritis. Et ſuper morſum canis aſpergatur ipſa hora acetum: aut ponatur lana ſuccida infuſa in oleo & aceto: aut cepa cum melle.

3 Si mordeat lacerta leproſa, lotio fiat cum aqua tepida, & oleo: & fricetur locus. Deinde extrahantur dentes ipſius. quia non ceſſabit dolor, donec dentes fuerint remoti. Deinde ſugatur locus, & lauetur aqua, & furfure: & ſuperponatur ei cinis uitis, cum oleo. Pediculus uulturis maior eſt pediculo, uenenoſus eſt, ualde mordet, & nõ pungit, ut dicitur a quibuſdam: & iuxta paruitatem corporis eius periculoſus eſt, & difficilis ſolus: ideo, quia uenenum eius eſt calidum. Sed curatur lacte caprino recenti hora mulſionis. Et locus liniatur lapide bezoar (alias, fachar) diſſoluto, & cum ſandal. rufis, aqua lactucæ, & ſemperuiuæ: uel tuſulæ. Et bibat ptiſanam, & pſillium cum aqua cucurbitæ, & citrullorum.

4 Si eſt ſitibundus, & glandinoſus, & bene poteſt fieri inciſio, iincidatur membrum. Sin autem, ligetur ſuper membrum: & ſorbeat iuſcellum factum ſpidebeg cum aneto, ſale, cinnamo. & ranula. Et emplaſtretur cum cancris fluuialibus, mentaſtro, farina tritici, ſale communi, tritis in lacte recenti. Findantur gallicuŀi in hora ſuæ mactationis, & loco ſuperponantur. Sæpe bibat ʒ ſ. de ſcorpionibus tritis bene in aqua, cum maiorana: & de iſto electuario: quia expertum eſt. Recipe piperis ʒ ij. aniſi ʒ iiij. ariſtol. rot. baccarum lauri, caſtorei ana aur. i. terantur, diſtemperentur cum uino cocto. Doſ. eius ad quantitatem fabæ, cum aqua rutæ in iſto cocto, & aqua pomi acidi. Et ſi proceſſit uenenum, bibat lac recens, cum cancris fluuialibus.

5 Ligetur morſus cum faſcia, & emplaſtretur cum auellana inda, maſticata, & trita. Et bibat de tyriaca. Et lauet aqua cocta cum artemiſia, camomilla, ruta, & furfure tepido. Et fricetur corpus. Comedat de butyro uaccino. Aut emplaſtretur mẽtaſtro bene trito cum farina ordei, & aqua rutæ. Et mortiferi ſunt ſcorpiones bahazur, qui reperiuntur in ciuitate Vaſibina.

6 Aperiatur locus acu, & emplaſtretur tuſula, & malua, coctis ualde cum folijs ſiſami tritis: & ſuperaſpergatur de aqua frigida cum niue. Et dicitur, ꝙ fricatura cum muſca, mitigetur dolor eius.

7 Cum aqua calida: aut emplaſtretur cinere uitis, aut calce, kaly. bene tritis. Et ad morſum rutulæ, ualet potus aur. i. nigellæ, aut rutæ ſiccæ, & cepæ, bene tritis in ʒ ij. cum muſto cocto ad tertiam partem.

8 Iſte ſcorpio eſt ut folium ameden, habens caudam longam, expanſam ſuper terram: & generatur in partibus Ahuar, in luto in quo effunditur lotio zuccari. Et parũ inueniebatur cura in punctiõe ipſius per antiquos, ſed per modernos. Vnde poſt minutionem attrahatur cum uentoſa plena bombace: ſin autem, peribit ſugens eam. Et illiniatur locus punctionis cum euforbio, caſtoreo, & circumcirca luto armeno, & aceto. Et detur de endiuia ſylueſtri ſicca, & folijs pomi acidi, & coriandro ſicco in pul. per tria coclearia. Et experti componunt pro eo tyriacam compoſitam de radicibus capparis, corticibus radicium coloquin. abſinthij, gentianæ, ariſtol. rot. & endiuia ſylueſtri ſicca tritis. Doſis eius ʒ ij. cum muſto cocto. Et habent de ſem. cicutę cum muſto cocto ad tertiam.

## De eo quod multiplicatur in eo de Medicinis mortiferis.

| | NOMINA | Salus, uel uior.<br>Regio<br>Tempus<br>Aetas<br>Complexio | CAVSA | SIGNVM | EVAcuatio | CVRA regalis | CVRA leuis inuentionis |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 1 | Poculũ medicinæ uenenoſæ cal. ut merc. ſublimati. | Timoroſum.<br>Calida<br>Aeſtiuum<br>Iuuenilis<br>Calida | Ex aduerſitate malæ complexiõis eius. | Ardor in ſtõacho, et punctura in inteſtinis, cũ inflãma. ſiti, & ſicci. oris. | Vomitus cũ aqua cali. & oleo ſiſami. | Cum oleo roſ. uiolis, aq̃ roſ. cum mucil. pſillij. | Cum lacte recenti, & puſana, & oleo amygdalarũ. |
| 2 | Poculũ medicinæ mortiferæ frigidæ. | Timoroſum.<br>Frigida<br>Hyemale<br>Senilis.<br>Frigida | Ex manifeſta malæ qualitatis aduerſitate eius. | Grauedo capitis, manuũ, & pedum, et linguæ. | Cum uomitu, aqua cal. & oleo cõmuni. | Cum tyriaca, metridate, aut medicãine muſci, muſco cocto ad mediũ. | Cum allijs, cepis, & ruta. |
| 3 | Poculum Napelli. | Timoroſum.<br>Vniuerſalis.<br>Vniuerſale.<br>Vniuerſalis.<br>Vniuerſalis. | Ex forti aduerſitate eius contraria corpori. | Vertigo, ſincopis, apoſte. linguæ, concauitasq; oculorum. | Cum uomitu aqua calid. & butyro, ſe. raparũ, oleo ſiſamino. | Cũ aur. ʒ. tyriacæ, uel bezoar puro fricato cũ aqua roſ. & muſco. | Cũ corticibus radi. capparis, & aqua rutæ, & leonis citrini combuſti. |
| 4 | Poculũ Cantaridarum. | Timoroſum.<br>Vniuerſalis.<br>Vniuerſale.<br>Vniuerſalis.<br>Vniuerſalis. | Ex acuitate, & ſortitudĩe eius. | Fortis dolor ueſicæ, ardor urinæ, mictus ſang. cũ torſione. | Cum uomitu aqua cal. decoct. ficuum, & oleo ſiſami. | Cum mucilagi. pſillij, iulep, & oleo amygdalarũ. | Cũ comeſtione ficus pharaonis, & lauri. |
| 5 | Poculum fellis leporis, & tyri. | Timoroſum.<br>Vniuerſalis.<br>Vniuerſale.<br>Vniuerſalis.<br>Vniuerſalis. | Ex aduerſitate intenſa, & forti contrarietate eius. | Vomitus cholericus uiridis, amaritudo oris, & paruitas oculorum. | Cum uomitu aquæ calidæ, olei & butyri. | Cum aqua in qua diſſoluat̃ bezahar, & tyriaca farac. | Cum lacte recenti. |
| 6 | Poculum extremitatis caudæ cerui. | Timoroſum.<br>Vniuerſalis.<br>Vniuerſale<br>Vniuerſalis.<br>Vniuerſalis | Ex aduerſitate forti eius. | Dolor fortis in uiſceribus. | Cum uomitu aquæ calidæ, olei & butyri. | Cũ comeſtione auellanarũ, & fiſtic. | Cum comeſtione ficus. |
| 7 | Poculum ſudoris iumẽti. | Timoroſum.<br>Vniuerſalis.<br>Vniuerſale.<br>Vniuerſalis.<br>Vniuerſalis. | Ex contrarietate ipſius. | Sudor faciei citrinꝰ, apoſtema gutturis interius, ſudor fœtens & multus. | Cum uomitu aquæ calidæ, & melle. | Cum tyriaca maiori. | Cũ ariſtol. ſale ana ʒ. ς. & aqua calida. |
| 8 | Poculum ſucaram. | Timoroſum.<br>Frigida<br>Hyemale<br>Senilis<br>Frigida. | Ex forti frigore extinguente caliditatem. | Stupor cõgelatio, ſubeth, grauedo corporis, & odor opij in ore. | Cum uomitu, aqua cali. decoct. aneti, radice, ſale, cum melle. | Cum tyriaca farac, & metridato. | Cum comeſtione allij, ceparum, & nucum. |

# COMM. REIP.

1 Poſt purgationem ſtomachi, & uomitum, bibat de iure gallinæ coctæ ſpidebeg, & pulte amidi, zuccaro, & olei amygalarum, & tritico cocto cum carnibus. Sugat pomũ granatum, citonium, perſica, pira, cucum. citrul. lactucam. Et utatur pul. ſandal. alb. & camforę cum aqua roſ. Emplaſtretur pectus, & epar cum pannis lini infuſis in aqua roſ. cum ſandal. & cliſteriſetur cliſteri facto de ptiſana, uiolis ſiccis, ſebeſtem, iuiubis, oleo amygdalarũ, & oleo roſ. tepidis.

2 Bibat patiens poſt uomitum de medicamine altit, & de mirrha clara, coſto, fol. rutæ, mentaſtro, pipere, piretro, & cardumeni ana, & in pondere omniũ de altit, tritis cum melle doſis ʒ ſ. Calefiat ſtomachus cum inteſtinis cum aqua cocta cum ruta, mentaſtro, & nepita. Fricetur corpus, donec rubefiat. Bibat de iure pullorum columborum coctorum ſpidebeg, cum aneto, cinnamomo, galanga, pipere, maratro, & cimino. Et cliſterizetur cum melle, nitro, oleo ſambucino, & aqua tepida.

3 Poſt uomitum, fiat cum tyriaca faroc cum aqua cocta cum rapis, & flore ipſius, & metridato, & butyro uaccino. Sed qui bibet de cornibus ſpicæ, minget ſanguinẽ, & nigreſcet lingua, erit permixtio mentis. Et bibat de camfora caratam, uſq; ad. v. cum aqua roſ. infrigidata in niue, & aqua granati, citrulli, & iulep, cum mucil. pſillij, & granorum citoniorum, & ſem. portul. cum aqua roſ. oleo amygdalarum, & lacte acido exbutyrato, cum trociſ. camforæ. Et bibat de lacte recenti, & de ptiſana. Emplaſtretur ſtomachus & epar, cum ſandal. aqua roſ. & camfora cum pannis lini infrigidatis. Et mirum eſt, quod napellus eſt maxime fallaciæ cum ſit nutrimentum murium.

4 Cum proprietate ſua nocet ueſicæ. Tamen poſt uomitum bibat de aqua ſem. portul. cum iulep, & oleo granorum, & cucur. & comedat de medulla cucum. & citrul. Cliſteriſetur cum ptiſana cocta cum iuiubis, ſebeſten ſiccis, & oleo amygalarum dul. aut oleo roſ. uel uiol. & mittatur in foramen ueretri de albumine oui, ſief alb. oleo roſ. & lacte mulieris. Et quotiẽs accidit ardor urinæ in ueſica, detur ei in potu mucilago pſillij cum iulep, cum oleo amygdalarum, & lacte recenti.

5 Poſt uomitum detur ei de electuario confecto de luto ar. granis lauri ana ʒ ij coagulo ceruuli ʒ ſ. mirrhæ, ſem. rutæ ana ʒ i. tritis. doſis aur. ſ. uſq; ad ʒ ij. diſtemperatis cum melle. Et iterato detur medicamen, & ſedeat in decoct. camomillæ, coronæ regiæ, uiolarum, nenufaris, ozimo foliorum latorum, & maiorana. Et ſi tranſit ſuper potum ipſius per horas tres, uel quatuor, & non moritur, ſperanda eſt cura eius; & bibat de rob pomorum citoniorum. Et qui bibit de felle tyri, incurabilis eſt. Tamen poſt uomitum multum, bibat de ſe. portul. cum aqua in qua diſſoluitur lapis bezahar, & de tyriaca, aut metridato, & aqua ordei.

6 Poſt mundificationem eius ſtomachi cum uomitu multo, bibat de bezahar danik ij. uſq; ad ʒ ſ. cum ſapa, aut tyriaca, aut metridato ʒ ſ. cum aqua pimpinellæ, & agrimoniæ.

7 Cum oleo uiol. & oleo amygdalarum, cum ſapa: & bibat de tyriaca, uel metridato ʒ ſ. & nutriatur iure ſpidebeg carnium arietis.

8 Poſt uomitum cliſterizetur cum cucu. aſinino, aneto, melle, ſem. apij, fen. cimino, baurac, pulpa coloquin. & oleo ſambucino. Et fricetur corpus in balneo ualde, & ungatur oleo ſambucino, aut oleo coſti: & ſedeat in aqua cocta cum ruta, nepita, abrotano, maiorana. Et bibat aur. ſ. tyriacæ minoris. Et qui bibit de ſucaran, cum hac cura curetur. Et ſigna eius erunt, ut ſigna bibentis de opio. Tamen ad peius ſuperuenit ei obſcuritas uiſus, cum extremitatum frigiditate. Et licet hoc agat in corporibus humanis, tamen cibus eſt paſſerum domeſticorum.

# De eo quod multiplicatur in eo de Medicinis mortiferis.

| | NOMINA | Salus, uel tior. Regio Tempus Aetas Complexio | CAVSA | SIGNVM | EVAcuatio | CVRA regalis | CVRA leuis inuentionis |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 1 | Poculũ hyoſcyami. | Timoroſum. Vniuerſalis. Vniuerſale. Vniuerſalis. Vniuerſalis. | Ex forti frigiditate, et ipſius contrarietate. | Ebrietas, laſſitudo corporis, loquela uana, oculi rubei, defectus mentis. | Cum uomitu aquæ calidæ, mellis, & olei. | Cum aqua cocta cum ficu, et adipe gallinæ, & oleo uiolaceo. | Cum lacte recenti. |
| 2 | Poculũ mandragorę, & nucis machal. | Timoroſum. Vniuerſalis. Vniuerſale. Vniuerſalis. Vniuerſalis. | Ex aduerſitate eius in corpore. | Vertigo, ebrietas, rubedo oculorum, ſubeth. | Cum uomitu aquę cali. melle, aneto, & raphano. | Cum lacte recenti. | Cum aceto cocto cum origano. |
| 3 | Potus pſillij tritι, & aquæ coriandri recẽtis. | Timoroſum. Frigida Vniuerſale. Senilis. Frigida | Ex forti frigiditate, & ſtrictura pororũ, & meatuũ. | Anguſtia, lamentatio, ſtrictus anhelitꝰ, ſudor frigidꝰ, & ſincopis. | Cum uomitu aquæ calidæ, aneto, & ſale. | Cum muſco cocto ad tertiam. | Cum iure facto cum ſpidebeg, & modico altit. |
| 4 | Comeſtio fungorum, & tuberum. | Timoroſum. Vniuerſalis. Vniuerſale Vniuerſalis. Vniuerſalis | Ex forti frigiditate, & humiditate eius. | Anhelitus ſtrictus, ſudor frigidus, & ſincopis. | Cum uomitu aquæ cal. ſale, radice, & melle. | Cum potu uini puri cũ muſco. | Cũ comeſtione raphani fortis caliditatis. |
| 5 | Poculum leporis marini. | Timoroſum. Vniuerſalis. Vniuerſale. Vniuerſalis. Vniuerſalis. | Ex contrarietate eius in corpore humano. | Sputũ ſã. aſma, anhelitus ſtrictus, ſudor fœtẽs, dolor ſtõi, fluxus uentris, & uomitus. | Cũ aqua cocta, & oleo ſiſami bibita. | Cũ adminiſtratione medicinarũ pectoralium, lacteq; recenti. | Cum ptiſana. |
| 6 | Poculum ranulæ. | Timoroſum. Vniuerſalis. Vniuerſale. Vniuerſalis. Vniuerſalis. | Ex aduerſitate eius in corpore. | Ariditas corporis, liuiditas eius, cum nauſea. | Cum uomitu, cum aqua calida, melle, & ſale. | Cum balneo, deinde cum aqua ſyrupi acetoſi. | Cum ſpidebeg, aneto, & cĩnamomo. |
| 7 | Poculũ mali caſtorei. | Timoroſum. Calida Aeſtiuum Iuuenilis Calida | Ex forti caliditate eius. | Febris cum defectu mẽtis, & rubedine oculorũ, & ſiti. | Cum uomitu cum turbit, aqua cal. & oleo ſiſami. | Cum mucilag. granorũ citoniorum, oleo roſ. & oleo amygdalarũ. | Cum lacte recenti. |
| 8 | Poculum anacardi. | Timoroſum. Calida Aeſtiuum Iuuenilis Calida | Ex intenſa caliditate eius. | Berſan, in ore ardor, pũctio gutturis, & ſtomachi, puſtulę, ampullæ, febris acuta. | Cum uomitu, cũ ariſtol. oleo roſ. & aqua calida. | Cum farina amygdal. ptiſana, & ſyrup. iuiubarum. | Cum lacte recenti, aut acido. |

# COMM. REIP.

1 Detur ei ſemen urticæ, tritum cum ſapa. Et bibat ius gallinæ, uel carnium arietum pinguium, coctarum cum ſpidebeg. Et curetur toto regimine bibentis, aut ſumentis de ueneno poſt uomitum factum competentem, & mundificationem ſtomachi plenariam.

2 Poſt purgationem ſtomachi per uomitum cliſterizetur enemate acuto. Et bibat de aceto forti, cocto cum origano, angeden, mentaſtro montano. Et ceſſante rubedine faciei, & oculorum, bibat de iure gallinæ coctæ cum ſpidebeg.

3 Detur ei poſt uomitum medicamen muſci: & bibat de iure facto ſpidebeg. Et pſillium tritum ſi bibitur, interficit bibentem illud. Et ſimiliter ſi multum ſumitur de eo. Sed ſi bibitur de aqua coriandri recentis, media rotul. inducit ſcotomiam, uertiginem, alienationem mentis, & raucitatem, & ſomnum longum, & odoratur in eo odor coriandri. Et cura eius fit, ut cura pſillij.

4 Bibat de cinere arboris ficus, uel uitis cum aqua cal. & ſale: aut de tyriaca minori. Calefaciat ſtomachum cum decoct. camomillæ, origani, rutæ. Cliſteriſetur decoct. abſinthij, rutæ, & melle, baurac, & aliquo oleo calido. Et ſcias: ꝙ tubera quæ oriuntur in radice oliuæ, ſunt mortifera: tamen alia non ſunt mortifera. Sed ſi multum ſumitur de eis, inducunt ſquinantiam, & colicam.

5 Poſt uomitum cum aqua cal. bibat decoct. malitarum, biſmaluæ, & fol. maluauiſci. Et ſi non ceſſat dolor pectoris, minuatur baſilica aſcellina. Et bibat de ſyrup. papaueris, uel iuiubarum.

6 Poſt mundificationem ſtomachi cum uomitu, fricentur omnia membra, præcipue uentris. Moram longam trahat in balneo temperato. Poſt exitum eius a balneo, bibat de ſyrup. acetoſo. Et cibetur gallinis, & arietibus coctis cum ſpidebeg.

7 Poſt mundificationem ſtomachi cum uomitu, bibat de lacte recenti, ſi fuerit ſine febre: ſi autem fuerit cum febre, cum mucilag. granorum citoniorum, & pſillij, cum amygdal. roſ. & bibat de ſyrup. papaueris.

8 Poſſibile eſt quod patiatur cogitationem malam, melancholicam. Et poſt uomitum bibat ptiſanam cum oleo amygdalarum per aliquos dies, & de mucilag. citoniorum. Et cibetur cum cucur. cocta cum aceto, & alijs ſimilibus, cum oleo amygdalarum. Et comedat cucumeres, & maluam coctam.

## De eo quod multiplicatur in eo de Medicinis mortiferis.

| | NOMINA | Salus, uel ti. / Regio / Tempus / AEtas / Complexio | CAVSA | SIGNVM | EVACVATIO | CVRA regalis | CVRA leuis inuentionis |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 1 | Poculum oleandri. | Timoroſum. / Vniuerſalis. / Vniuerſale. / Vniuerſalis. / Vniuerſalis. | Ex aduerſitate,& cõtrarietate,& acuitate eius. | Fortis amaritudo oris. | Fiat uomitus. | Cum mucilag. pſillij,& oleo roſ. | Cum mirrha, fenugr. et butyro. |
| 2 | Poculum ſquillæ. | Timoroſum. / Vniuerſalis. / Vniuerſale. / Vniuerſalis. / Vniuerſalis. | Ex contrarietate, acuitateq; eius. | Dolor ſtomachi. | Fiat cum uomitu. | Cum lacte recenti. | Cum albumine oui. |
| 3 | Poculum litargyri. | Timoroſum. / Vniuerſalis. / Vniuerſale. / Vniuerſalis. / Vniuerſalis. | Ex opilatione pororum,& meatuum. | Accidit ileos, ariditas oris, ponderoſitas linguæ,& diſſuria. | Fiat uomitu aquæ cali.& melle. | Cum uino cocto ad tertiũ,& zinzibere condito. | Cum aqua cocta finibus, aneto,& baurac. |
| 4 | Poculũ argenti uiui, aut eius infuſio in aurem. | Timoroſum. / Vniuerſalis. / Vniuerſalis. / Vniuerſalis. / Vniuerſalis. | Ex aduerſitate, eiuſq; contrarietate. | Torſio fortis, dolor in inteſtinis. | Cum uomitu cum melle,& aneto. | Cum uino cocto ad tertium. | Cum ſapa. |
| 5 | Poculũ ceruſſæ plumbi. | Timoroſum. / Vniuerſalis. / Vniuerſale. / Vniuerſalis. / Vniuerſalis. | Ex opilatione pororum,& meatuũ corporis. | Singult9, tuſſis, laſſitudo,& albedo linguæ. | Cum uomitu aquę, melle, aneto,& ſale. | Cũ aqua cal. cocta cum aniſo,& ſem. apij. | Cum decoct. maratri, ſem. feniculi,& aniſi. |
| 6 | Poculũ calcis,& arſenici. | Timoroſum. / Vniuerſalis. / Vniuerſale. / Vniuerſalis. / Vniuerſalis. | Ex aduerſitate,& acuitate eius. | Ardor in ſtomacho, torſio,& ulcera inteſtinorũ. | Cum uomitu aquæ cal.& oleo ſiſami. | Cũ iure gallinæ coctæ cum ſpidebeg, cum oleo amygdal. | Cum ptiſana,& oleo amygdalarum. |
| 7 | Comeſtio piſcis aſſi,& cooperti. | Timoroſum. / Vniuerſalis. / Vniuerſale. / Vniuerſalis. / Vniuerſalis. | Ex ꝓhibitione exitus uaporis eius. | Permixtio mẽtis, anguſtia, lamentatio,& uertigo. | Cum uomitu aquæ cal. oxymelle,& ſale. | Cum ſyr. aromatico pomorum. | Cum aqua cocta cum cimino. |
| 8 | Coagulatio in ſtomacho. | Timoroſum. / Humida. / Frigidum / Senſ. iuue. / Humida | Ex groſſitudine,& caſeatione eius. | Rigor, ſudor frigidus,& ſinapis. | Cum uomitu aquæ cal. cum aneto,& melle. | Cũ cinere uitis,& modico cõ melle. | Cum diambri coagulo,& modico aceto. |

# COMM. REIP.

1 Oleander interficit aſinos, & iumenta, & multa alia animalia, etiam homines: tamen ex amaritudine nimia ipſius non poteſt occultari a bibente: niſi datum ſit cum medicinis amaris, ut aloe. Et curetur cum uomitu, & potu iurium unctuoſorum, & cibo offarum unctuoſarum, & faludigi, cum butyro, & oleo amygdalarum, & butyro recenti. Et dicitur: ꝙ ſemen agni caſti coctum, & bibitum, ſanet iumentum comedens oleandrum.

2 Si accidat dyſenteria, detur ei de dragea luti, & rob pomorum, ſimul cum rob citonior꞉, & gumi ar. & ſorbeat de oleo amygdalarum, aut oleo ſiſami, & iure carnium ſpidebeg unctuoſorum.

3 Accidit in bibente illud ileos (et eſt colica) cum uomitu ſtercoris. Etiam accidit ſquinantia, & apoſtema in corpore. Et poſt uomitum, iuuat eum bibitio diacitonij laxatiui, & aqua cocta cum aniſo, & ſem. apij.

4 Si argentum eſt uiuum, minoris eſt periculi: eo ꝙ propter eius ponderoſitatem egreditur per inferiora. Sed argentum uiuum ſublimatum, & mortficatum, mortiferum eſt. Tamen curetur per uomitum. Et niſi egrediatur per uomitum, cliſteriſetur cum aqua blitarum, oleo ſiſami, mori, et maluauiſco. Et ſi accidit dyſenteria: bibat de dragea luti, oleo roſ. & lacte cocto cum lapide calefacto, poſito in eo. Et ſi auri imponitur argentum uiuum, infert permixtionem ſenſus, & ponderoſitatem nimiam in parte ipſius auris. Quare declinare debet caput ad latus alterius auris ſuper unum pedem. Et ſternutetur patiens cum naribus opilatis cum condiſio: & imponatur auri oleum calefactiuū, & emittatur quando infrigidatur, & moueatur auris uehementer.

5 Dicitur, ꝙ poſt uomitum ſi patiens bibat aur. ς. de cartamo indiano, eum iuuabit: tum utatur prouocantibus urinam. ſ. decocti. ſem. apij, feniculi, aniſi, & abſinthij romani.

6 Poſt uomitum bibat mucilag. pſillij, cum oleo granorum, & cucur. Et cliſterizetur ptiſana, oleo, uiolis coctis cum ſebeſten, iuiubis & mucilag. pſillij, & ſem. lini, & albumine oui. Et ſi accidit tuſſis, bibat de papauere, & ſyr. iuiubarum. Et curetur ille cuius guttur ingreſſus eſt, pul. æris uiridis. Et qui bibit de uitriolo, & alumine: cum lacte recenti, & butyro.

7 Poſt uomitum ingrediatur balneum, prius infuſo uentre cum multa aqua tepida. Et ſi accidit exinde fluxus uentris. ſ. ayda: curetur cum cura fluxus. Et corrigit comeſtionē piſcis aſſi, & cooperti, poſt uomitum bibitio modici piperis cum ſyrup. pomorum aromatic.

8 Ex caſeatione lactis in ſtomacho plura [illegible] perueniunt accidentia mala, maxime ſi lac eſt groſſum: ut uaccinum, & ouinum. Tamen poſt uomitum utatur melle, & pipere. quia exinde diſſoluitur lac coagulatum: uel attenuabitur.

# De eo quod multiplicatur in eo de Sola iuxta ſpecies ipſius.

| | NOMINA | Salus, uel ti. Regio Tempus AEtas Complexio | CAVSA | SIGNVM | EVACUATIO | CVRA regalis | CVRA leuis inuentionis |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 1 | Soda ex caliditate. | Non timoroſ. Calida. Aeſtiuum Calida Calida | Ex cibis calidis ſũptis, aut medicinis, uel calore ſolis. | Caliditas tactus capitis, et æqualis urina & egeſtio. | Nulla fiat. | Cũ roſ. & ſandal. ſup caput, & cibo cũ ſucco granati. | Cum oleo roſ. aq̃ citrulli, & modico aceto ſuper caput. |
| 2 | Soda ex frigiditate. | Non timoroſ. Septentrio. Hyemale Frigida Frigida. | Ex frig. cõplexionis pãnicu loꝶ cerebri, diſtooptiõe cap. in aëre frigido. | Tactus frigidꝰ capitis, & mitigatio eius cũ rebus calidis applicatis. | Nulla fiat. | Cum balneo, & odore maioranæ, narciſſi, & muſci. | Emplaſtret̃ cũ camomillis, coro. regia, nepita, & maiorana. |
| 3 | Soda ex humore calido. | Non timoroſ. Meridiona. Aeſtiuũ, ueris Calida. Calida | Ex ſanguine, & cholera. | Si ex ſang, rubedo faciei, repletio uenaꝶ, magnꝰ pulſus, uri. rufa: ſi ex chol. os amarũ, pulſus ſpiſſus, urina intenſa. | Minuatur de baſilica, & cephalica. | Cibet̃ iure cicerum, aut faſiani. | Cum bletis, & ſinapi. |
| 4 | Soda ex humore frigido. | Non timoroſ. Calida Hyema. autũ. Frigida Frigida. | Ex flegmate, & melãcholia. | Liuidius color, & ſtrictũ pectus. | Cum pillulis yerę, & cochijs. | Cũ cibo agreſtę, & potu iulep, & rob. agreſtæ. | Cũ cibo lenticulæ, & piſcium ſedebeg. |
| 5 | Soda ex calid. exteriori. | tior cũ apoſte. Vniuerſalis. Vniuerſale. Vniuerſalis. Vniuerſalis. | Ex percuſſione, uel alia re cadente ſuper caput. | Pulſatio, et grauedo, & aliq̃n do febris. | Cũ minutione cephalicæ, & cliſteri lenitiuo. | Emplaſtret̃ luto armeno, folijs cipreſſi, uiolis roſ. | Emplaſtret̃ calamo arom. radi. granati ſylueſt. piſis, & aqua roſ. |
| 6 | Soda poſt euacuationem. | Timor. intẽſa. Sicca Aeſtiuum. Iuuenilis Sicca | Ex intenſo fluxu ſang. narium, & uentris fluxu. | Leuis motus, & uigilia, & ariditas faciei. | Nulla fiat. | Cum gallinis pinguibus, & carnibus arietinis. | Cum ouis mollibus. |
| 7 | Hemicranea. | Tior. ſup uiſũ Sicca Autumnale Seneſcens Sicca | Ex hũore malæ quãtitatis, frigido, uel humido. | Dolor fortis, tendens ad radicem ipſius partis. | Cũ minutione, & purgatiõe humoris inducentis. | Sternutet̃ cũ aq̃ maioranę, uel oleo amyg. amaraꝶ, in nare partis dolẽtis. | Vngat̃ frons ante aduentũ paroxiſmi cũ oleo narciſſi, & nardi. |
| 8 | Soda cum cõmunicatione ſtomachi. | Non timoroſ. Meridiona. Hyẽal. & ueris Senilis, adoleſ. Calida, & hũi. | Ex cõicatione ſtõachi in morbo, uel aſcenſione uaporis ipſius. | Lene erit, cum lenitate ſtõ achi & grauis cũ grauedine ipſius. Et confert ei uomitus. | Cum uomitu, ſyrup. acetoſ. aqua cali. & ſale. | Cũ galliculo ſirbeg, aut ſucco granati, & oleo amygdalarũ dulciũ. | Cũ pulte de medulla panis albi, et ſucco granati muzi. |

# COMM. REIP.

1 Et ſi ſecundum uiam feb. infrigidetur caput cum partibus .iij. aquæ roſ. & parte olei roſ. & modico aceto infuſo in eis panno lini, ſi eſt in æſtate, infrigidetur cum niue, & ligentur muſculi tibiarum. Si fuerit cum uigilia, mulgeatur ſuper caput lac mulieris lactentis fœminam. Si eſt ex calore ſolis, fundatur ſuper anteriorem partem capitis aqua roſ. & oleum nenufar. Et emplaſtretur cum raſimi, cucur. portul. folijs ſalic. ſemperuiuæ, & aqua roſ. ſandal. & maluauiſco. ſolatro, & ſimilibus. Et bibat iulep, & rob agreſtæ, cum aqua roſ. & bellericis. Cibetur cum farre ordei, zucc. albo. Et ſi hæc ſpecies doloris non curatur cum uelocitate, difficilis erit curæ.

2 Lauetur decoct. camomillæ, coronę regię, & maioranæ: & fomentetur uapore ipſius, & infundatur in ea particula ſimilæ, & cum ea fiat calefactio. Et oleum lilinum, & narciſſinum mirabile eſt ei. Et ſi ſit ex parte frigoris exterioris, ungatur oleo rutæ. Et cibetur aqua galliculi cocti cum agreſta, & perdicis cum agreſta ſimiliter, euitatis rebus inferentibus ſodam, ut eſt nux, & ſem. canalis, eruca, allia, cepe, & ſimilia.

3 Purgetur corpus cum pillulis aloe ʒ ſ. & danik. ij. de turbit, pulpa coloquin. ſcamonęæ aſſæ, xyloaloe, ſalis indi, ſeu indiani ana danik. i. tritis cum aqua. Si eſt ex humore melancholico, poſt euacuationem epithimetur caput decoct. cannæ, coro. reg. melliſſæ, ordei fracti. Cibetur carnibus arietis, gallinacijs ſpidebeg leniter. Et hæc eſt cura ſodæ, ſi fuerit ex uento. Odor maioranæ iuuat, Et uomitus iuuat, ſi fuerit ex ſatietate nauſeatiua cum aqua caſ. & ſomno longo.

4 Poſt uomitum bibat ſyrup. acet. cum aqua roſ. Cibetur prunis, iuiubis, pomis, piſis coctis cum ſucco granati. Si fuerit ex cholera, bibat de aqua tamarind. & prunorum, cum zuccaro al. & ſyrup. roſ. uel acetoſo, uel decoct. mirabolanorum cit. ʒ x. fumiter. ʒ v. uiol. abſinth. ana. ʒ iij. coctis in aqua, poſito in eo aloe aur. i. ſcamoneæ caratum i. aſſæ. Emplaſtretur caput fruſto cucur. uel raſura eius ſandal. aqua roſ. uel ſimilibus.

5 Emplaſtretur folijs ſalicis, luto ar. oleo roſ. myrto recenti tritis. Et ſi accidit inde permixtio mentis: emplaſtretur maluauiſco, farina ordei, oleo roſ. uiolis, modico aceto. Et utatur aceto, ut uirtutes aliarum imprimantur cum ſubtilitate eius, quia non diſſoluit: nec eo utimur ad mitigandum.

6 Cibetur carnibus galliculorum, & pulte cum medulla panis, al. olei amygdal. & zuccar. Et ſternutetur lacte mulieris, & oleo uiol. nenufar. & cucur. & mulgeatur ſuper caput, & miſceatur cum oleo uiol. Et cibetur cum offa amygdalarum, & piſcium coctorum ſpidebeg, & frixorum cum oleo amygdalarum. Et ſi eſt cum febre: cibetur cum cucur. coctis cum agreſta, uel ſpinacijs. Et ad ſodam uenientē ex coitu, euitet coitum poſt cibum, & comedat citonia, & pira. Et ſoda accidens ex anguſtia, curetur cum ſomno, & odore olei uiol. & granorum cucurbitæ.

7 Studeat uti euacuatione iuxta humorem inducentem morbum. Si fuerit ex caliditate, ſternutetur cum zucc. albo, croco, & camfora bene tritis. Et ponatur in naribus ad pondus gran. i. cum aqua citrulli. Et niſi ſoluatur, paſſio erit longa. Fit & dubietas ſuper uiſum. Et arteriæ timporum ſi ſunt uelocis motus & plenæ, incidantur ipſæ arteriæ: etiam uena quæ eſt poſt aurem in porte dolenti. Et ſi fuerit defectus uocis ſubito, epithimetur caput cum multa aqua tepida: Et inſtilletur auri de oleo roſ. tepido: & impleatur auris bombace.

8 Si ex humore cholerico, uomat cum eo quod dictum eſt. Et bibat de ſyrup. acet. cum ſem. endiuiæ, & podag. lini, fumiter. roſ. ana. ʒ x. coctis cum aceto, & aqua uſque ad medium, cum zuccaro al. doſ. eius ʒ xv. Emplaſtretur caput cum ſandal. roſ. acacia, lino, luto ar. aqua roſ. & coriandri recentis, & rami palmæ. Ligentur muſculi tibiarum. Et fugat citonium. Si fuerit ex humore flegmatico in ſtomacho, uomat cum ſyrup. acet. in quo inſcidantur rad. cum ſale groſſo trito parum. Et utatur pillulis aloes confectis cum mirabol. keb. & turbit ana danik. ij. roſ. maſtice danik. aloe ſentur. ʒ i. capiat ante introitum lecti. Vtatur carnibus ſubtilium animalium ſpidebog cum cicere.

d

## De eo quod multiplicatur in eo de morbis Cerebri iuxta ſpecies eius.

| | NOMINA | Salus, uel tior.<br>Regio<br>Tempus<br>Aetas<br>Complexio | CAVSA | SIGNVM | EVAcuatio | CVRA regalis | CVRA leuis inuentionis |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 1 | Siſen. | Tior. cũ apãte.<br>Calida<br>Aeſtiuum<br>Iuuenilis<br>Calida | Apoſte. calidũ panniculoꝝ cerebri, aut caliditas ſuperflua ipſorum. | Cõtinua ſynocha, tactus cal. capitis, uigilia cũ permixtione mentis. | Cum minutione cephalicę. | Cum ptiſana ſyrup. tamarindorum, & iulep. | Cũ aqua ſe. portul. granati, & cucur. cocta in agreſta & ſpinacijs. |
| 2 | Maſara, id eſt, apoſtema faciei. | Timoroſum.<br>Meridiona.<br>Veris.<br>Iuuenil. adol.<br>Calida | Apoſtema ſanguineũ in cerebro, arterijsq́; & facie. | Fortitudo apoſtematis, ita ꝙ credit̃ diffũgi, cũ dolore & rubore faciei. | Cum minutione cephalicę. | Cum ptiſana, & ſyrup. de papauere, uel nenufare. | Cũ ſucco granati, & aqua portul. ſeu nenufar. |
| 3 | Rubedo. | Timoroſum,<br>Calida<br>Aeſtiuum<br>Iuuenilis<br>Calida | Ex chol. rubea dominante ſuper cerebrum. | Fortis dolor, & inflãmatio cum colore citrino faciei, tactuq́; frigido. | Cum minutione. | Cum ptiſana decoct. prunorum, iuiub. & tamarind. | Cũ aqua ſem. portul. granati muzi, & cucur. cocta cũ cum agreſta. |
| 4 | Obliuio. | Timor. intenſ.<br>Frigida, hum.<br>Hyemale<br>Senilis.<br>Frigida, & hu. | Ex flegmate dominãte ſuper cerebrum, corrũpente mentem. | Fortis ſe. & ſubeth, cũ ſomno difficil. uigilati. nõ rñdet alicui, niſi labore, & oſcitatione. | Cũ cliſteri primo. deinde pillulis cochijs, poſt pillulis ieræ. | Cum zuccaro roſ. & cibo aquæ cicerum. | Illinianẽ timpora mentaſtro, et origano. |
| 5 | Subeth cum ſomno. | Timoroſum.<br>Frigida, & hu.<br>Hyemale.<br>Senilis.<br>Frig. ſic. hu. | Ex flegmate ſupabundante in cerebro. | Somnus multus, cum permixtione mentis. | Cum cliſteri, deinde pillulis cochijs. | Cum effuſione aquæ coctæ cũ aneto, nepita, & maiorana facta ſup caput. | Ligenẽ muſculi tibiarũ, et fier nuteẽ cum iniectiõe piperis & hellebori. |
| 6 | Subeth cum uigilia. | Timoroſum.<br>Meridiona.<br>Autũ. & ueris<br>Seneſcens.<br>Calida. | Ex flegmate & cholera rubea dominãtibus. | Dormiens, & quaſi uigilãs, oculi eminen- t[illegible] iacet ut mortuus ſup dorſũ. | Cum cliſteri, poſt cum decoct. fructuũ. | Cum iulep, & zuccaro roſ. | Effundatur ſuper caput oleum anetinum cum aceto. |
| 7 | Congelatio. | Timoroſum.<br>Frigida<br>Hyema. autũ.<br>Seneſcens.<br>Frigida | Opilatio in uẽtre, & parte poſteriori cerebri, ex hũore groſſo, fri. & ſicco. | Defect9 ſenſus, & motus, iacẽs ſup dorſum ut mort. diſpõq́; illa diu durat. | Cũ pillulis ſtomaticis, & decoct. epithimi. | Cibetur biſtardis, & perdicibus ſpidebeg. | Cum balneo, & ungatur caput oleo uiol. & aneti. |
| 8 | Corruptio memoriæ, & cogitationis. | Salubris.<br>Frigida.<br>Hyemale.<br>Senilis.<br>Frigida. | Mala cõplexio frigida cerebri, aut flegma ſuperfluum. | Negligẽtia, & grauedo in motu, cũ ſubeth, & obliuione. | Cum cliſteri forti, & pillulis ieræ, & cochijs. | Effundat̃ ſuper caput aqua cocta cum aneto, ruta, nepita, & maiorana. | Illiniat̃ caput cũ modica ſpuma ſinapis, cũ oleo rutæ. |

# COMM. REIP.

1 Poſt minutionem ſi potuit fieri,& patiens fuerit adoleſcens, fiat uentoſa. Deinde bibat de ſyrup. acetoſo ſimplici cum aqua frigida. Et ſi debilitet nimis, detur ius galliculi cocti cum agreſta, aut ſucco granati. Et ſi natura eſt conſtipata: leniatur caſief, manna, tamar. ſyrup. roſ. & ſyr. acet. & cum aqua frigida. Poſt euacuationem epithimetur caput panno infuſo in aqua roſ. oleo roſ. cum modico aceto. Et ligentur muſculi tibiarum: & bibat ptiſanam ʒ 40. deinde de ſyrup. acetoſo ſimplici unc. 1 ſ. Et ſi fortificatur ſitis, bibat aquam cucur. cum ſyrup. de ſpodio. Et ſumat de acetoſitate citri. & iulep. Et ſi tempus fuerit æſtiuū, utatur rebus infrigidatiuis cum niue: & ſit in loco ſtrato ſalicibus, roſ. ſandal. roratis cum aqua camphoræ: & odoret ipſam camphoram: & utatur curſibus artificialibus aquæ frigidæ cum niue, & herbis recentibus, frigidis. Si eſt hyems: utatur loco temperatæ caliditatis. Abſtergatur nigredo linguæ cum panno lini, aut mucilagine, & zuccaro albo.

2 Poſt minutionem, cibetur cum cucurbita cocta cum agreſta, et piſis: aut cum ſucco granati. Et ſi paſſio fortificatur, minutio fiat in manu alia, ſi uirtus ſuſtinet. Et bibat de aqua ordei. Et illiniatur caput cum aqua roſ. utroq; ſandalo, aqua ordei, aqua coriandri, ſemperuiuæ, & portul. Et bibat de aqua furfuris cum zucc. & oleo amygd. Et poteſt ei dari in aqua ordei, ſi caliditas eſt fortis, aur. ſ. ſpodij, & aur. ſ. ſeminis portul. bene triti & extracti de rindeto: & penes dormitum dandum cum. xxx ʒ aquæ granati muzi.

3 Poſt minutionem bibat de ſyr. & comedat de cibo facto de ſucco granati muzi. Et in principio illiniatur cum butyro, armeniaco, ſandal. & aqua plantaginis: & in fine negocij, ceſſante hoc regimine, detur ei de mucil. pſillij, cum modico oleo dulci, & zucc. al. continue, ſi tempus eſt æſtiuum. Et ſi laborat uigilijs, & hoc non fit de ſignis criſis, ſtude ut dormiat cum papauere, zucc. & ſyrup. papaueris.

4 Si eſt cum febre: ſufficit ei dare aquam ordei coctam cum hyſſopo, cum zuccaro al. prius ei datis ʒ vi. zucc. roſ. Euitatis fructibus frigidis & humidis, piſcibus, lacte, & legumibus, ut ſunt fabæ, lentes, & faſeoli. Et ſi eſt in fine febris, detur ei mel cum ſyrup. acet. ſem. Et niſi contulerit, detur ei aur. 1. de elect. anacardino, cuius deſcriptio hęc eſt. Recipe mirabol. belleri corū conditorum abſq; nucleis, & emblicorum ana. ʒ iiij. mellis anacardi, baccarum lauri, ciperi ana. ʒ iij. piperis ʒ 1. zuccari al. unc. 1. terantur omnia cum aqua mellis, anacardi, & eo utatur poſt. vi. menſes. Et lauetur caput & corpus aqua cocta cum camomilla, corona regia, & maiorana.

5 Si eſt ſubeth ſequens febrem, aut alium morbum: ceſſatio eius erit cum ceſſatione cauſſæ eius. Et ſi ſubeth ipſe eſt morbus, curetur cum calefactiuo, deſiccatiuo, & attenuatiuo: & cibetur iure cicerum, cum aneto, & cinnamomo. Et euitet potum aquæ frigidæ, & dormitionem in locis frigidis.

6 Curetur hæc paſſio cura compoſita, & de ſubeth, & de ſirſem. Si eſt huiuſmodi paſſio iſtorum duorum humorum ſubeth inducentium, & ſirſen, ſtudeat msgis contra humorem dominantiorem, & maius nocumentum. Verbi gratia, ſi cholera rubea eſt dominantior, ſtudeat ad educendam ipſam, & extinguendam caliditatem. Et ſi flegma eſt dominantius, ſtudeat educere flegma cliſteribus acutis. Et illiniatur caput oleo aneti, & aceto.

7 Poſt euacuationem corporis cum medicinis, iuuabit eum, ſi euitet id quod generat humorem ſimilem ei ex quo læſus erat. Et ſi accidit ei uigilia: illiniatur caput lacte mulieris fœmineo, cum oleo uiol. Et cibet̃ galliculo cocto ſpidebeg. Sin aūt: illiniatur corpus, & ungat̃ oleo heri.

8 Fricentur pedes, & ligentur muſculi tibiarum. Et cibetur iure cicerum, cum aneto, & cinnamomon, & galanga. Et utatur melle, cum granis uiridibus. Et bibat de ſyrup. acetoſo ſeminum. Et ſi non contulerit: utatur electuario anacardino.

# De morbis multiplicatis in capite ſecundũ ſpecies, & maxime in Cerebro.

| | NOMINA | Salus, uel tior. Regio Tempus Aetas Complexio | CAVSA | SIGNVM | EVAcuatio | CVRA regalis | CVRA leuis inuentionis |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 1 | Scotomia. | Salu. niſi aug. Humida. Hyemale. Senilis. Frigida. | Flegma dñans ſup anteriora capitis, ex uapore ſtomachi. | Erit ſimilis ebrioſo, cũ mẽbris laxis. | Cũ pillulis yeræ, & cochijs, ſi ex ſtõac. uomat cũ oxymelle, & aqua cal. | Cum ſyr. xyloal. & odore muſci, & rutę. | Cũ maſticatiõe maſticis, & thuris; epithimet herbis odoriferis calidis. |
| 2 | Vertigo. | Salubris. Frigida. Hyemale Senilis. Frigida | Flegma, chol. aut ſang. collectꝰ i uenis q̃ ſũt circa cor, & nõ pt diſſolui, et infert uertiginẽ. | Videt omnia in uertigine ac uelit cadere in gyrum. | Cum pillulis aloe. | Fricentur pedes in inſultu cũ uiolentia. | Cũ odore maioranæ, rutæ, tyriacæ, & comeſtiõe aquæ cicerum. |
| 3 | Epilentia. | Timoroſa. Frigida Hyemale. Adoleſcens. Frigida. | Opilatio i uentriculis cerebri, aut ex fleg. uiſcoſo, aut chol. nigra, aut forti melanch. | Spuma ſuper os, cum iectigatione impedita. | Cum agarico, ſiſeleos aur. i. cum modico zuccari. | Cũ biſtarda, pdice, & peonia ſuſpendat: utatur exercitio temperato. | Cum oxymelle. |
| 4 | Apoplexia. | Timoroſa. Frigida. Hyemale. Senilis. Frigida. | Opilatio in uentriculis cerebri tribus humoribus uiſcoſis. | Erit quaſi dormiens, & non ſentit dolorẽ, cum anhelitu groſſo. | Cum minutione ſaphenæ, ſi eſt repletio: poſt cliſterizetur. | Dimittat per triduũ q non cõmoueat: detur aqua calida cũ aniſo, maſtice, oxymelleq;. | Cũ oxymelle, decoctione feniculi, & cimini. |
| 5 | Innibus. | Salubris Frigida. Autumna. Senilis. Frigida. | Ex flegmate, multo cibo, & mala digeſtione ipſius. | Videt ſe occupatũ, uel ſtrãgula, & clamat, & nõ audit uox: ſubito ſurgit cũ capitis grauedĩe. | Cum pillulis ieræ. | Cũ ſyr. acetoſo ſem. & zuccari roſ. & biſtarda frixa. | Cum aqua cicerum, & modico cibo. |
| 6 | Melancholia. | Timoroſa. Sicca Autumnale. Seneſcens. Frigida. | Ex multo hu. melancholico, aut uapore ipſius, exiſtẽtis in ſtomacho. | Mentis permixtio, loquela uana, anguſtia, & imaginatio mala. | Cũ minutione ſaphenæ, decoct. epithimi, & pillulis ſto. ma. | Cũ ptiſana, ſyr. papaueris, & uiolis, cũ extremitatibus hędi, arietũ, & ſpinacijs. | Cũ piſcib. laudabilibꝰ, ouis mollibus, medulla cucum., citrullis, & lactucis. |
| 7 | Coriaſ, alias, Ceruſ. | Timoroſum. Sicca Autumna. Seneſ. & iuue. Sicca | Ex melancholia mala, & mortifera. | Clamat noctu ut gallus, uadit ad ſepulturas: color citrinus, oculi ſicci, concaui, ling. ſicca, cũ ulcere pedũ. | Cũ minutione tempore inſultus paſſionis. | Cum pedibus hædi, arietũ, cucurbita, & ſpinacijs. | Cũ ouis mollibus, piſcibus laudabilibus. |
| 8 | Amor hereos. | Salubris Orientalis. Aeſtiuum Iuuenilis Calida. | Animoſitas in amãdo, & cõtinua memoria eius amatæ. | Oculi concaui, multus motus ipſoꝝ: & cũ audit amorẽ, pulſus mutat præter naturam. | Nulla fiat. | Cũ ſubtiliatiõe amicabili, balneatione, & cũ ſtatione, & comeſtione gallinaꝝ, unct. olei uiol. | Arte, uel officio utat litigatiõe, & terrore ex pte amati, & ſuſpſius. |

CVRA COMMVNIS.

# COMM. REIP.

1 Si eſt ex capite, liniatur caput poſt euacuationem cum decoct. camomillæ, coro. reg. abrotani, rutæ. Et odoret galliam, & maioranam. Cibetur iure cicerum, et galliculis coctis ſpidebeg aut frixis. Euitet nuces, canabem, uinum, lac. Et ſi eſt ab humore flegmatico in ſtomacho, laxetur, & maſticet maſticem. Et utatur oxymelle ſem. Et ſi fuerit humor cholericus, uomat cum ptiſana, ſyrup. acetoſo, & niue, mundificato ſtomacho: poſt uomitum ſumat de rob pomorum, & rob agreſtæ ſimplicis.

2 Si eſt ex cerebro, purgetur: deinde ſternutetur cũ baurac, aloe ana. condiſio, & croco ana. p. 5. redactis in pillul. ut ſunt piſæ: & imponatur naribus granum 1. cum aqua maioranæ, & oleo uiol. Et ſi eſt a ſtomacho, uomat: & ſumat de rob pomorum ſimpli c. & rob granati. Et emplaſtretur ſtomachus ſandal. roſ. tritis aqua roſ. & ſemperuiuæ. Cibetur galliculis & perdicibus coctis zirbeg, aſſis in ueru, & frixis.

3 Si eſt adoleſcens, dieta utatur nutrix eius. Cibetur perdicibus, gallinis frixis, & pane bruno; & bibat oxymel ante cibum. Et ſi fuerit maioris ætatis: euitet lac, nuces, erucam, apium, & omnia olera: præter mentam, & meliſſam. Euitet omnes fructus, & repletionem nauſeatiuam: & ſuſpendatur ſuper eum peonia. quia iuuat proprietate ſua. Vtatur exercitio. Cibetur perdicibus, & biſtardis. Si flegma fuerit abundans, uomat cum aqua cocta cum radice mentaſtri, & aneto, & oxymelle ante inſultum. Et bibat decoct. lauri, & radi. peoniæ, cum oxymelle quolibet die. Et detur ei huiuſmodi decoctio. Recipe ſiſeleos romani, ſticad. ana. ʒ v. rad. ſquinanti ʒ iij. cinnamomi, coſti, gentianæ, zinz. ana. ʒ 1. ſem. caſiæ ligneæ, aſari, gariofyl. maſticis, ſtafiſagriæ ana. ʒ 5. coquanẽ cum rotul. iiij aquæ ad rotul. 1. & miſc. cũ eis aur. n. aloe. eoq; utatur.

4 Non cõmoueatur per triduum. Deinde bibat oxymel cum aqua cal. & ſale trito, grollo, & oleo narciſſi cum emboto detur ei. Et ſtudeat ut uomat. Et detur ei tyriaci ʒ 5. aur. de anacardino, cum decoct. aniſi & maſticis. Et ſorbeat mel: & calefiat caput, cum decoctione camomil. origani. mentaſtro, mace, garyof. & aſaro. Cibetur aqua cicerum, & bruno pane. Et poſt vij. diem ſi apparet in urina digeſtio, detur ei iera Gal. & gargarizeẽ cum ſinapi. Et cibetur cum iure cicerũ cocto cũ pullis columbæ. Poſt declinationẽ morbi balneeẽ, & inungaẽ caput oleo coſtino. Euitatis ipſis electuarijs in tẽpore calido, & regione calida, aut patiente aliquã caliditatẽ.

5 Hic morbus antecedit epilepſiam. Et accidit ut plus utentibus cibo multo abſq; digeſtione. Vnde purgetur caput eius de humore obtento in eo. Deinde confortetur ſtomachus, & corrigantur cibaria. Odoret maioranam, & utatur exercitio moderato.

6 Si non poteſt dormire, cum multa uana loquela, & non quieſcit: nulla utatur euacuatione, ſed detur ei ptiſana cocta cum papauere cum ſyrup. uiol. granatis bonis, & pomis dulcibus. Cibetur gallinis pinguibus, & carnibus anterioribus arietum, & ouis cum pane al. Euitet panem brunum, lentes, carnes uaccinas, allia, cepe, mel. ſinapi, acetum, caſeum ueuſtum, & quicquid generat melancholiam. Epithimetur caput ſomniferis. Recipe ſem. papaueris albi, triti. x. numero, ordei excoriati fracti, corticis cucur. uiol. nenufar. lactucæ ſem. ana m 1. coquãtur in aqua, qua epithimetur caput, & calefiat cum particulis filtri, cum oleo uiol. & lacte fœmineo. Si in ſtomacho ſit humor abundans, purgetur uomitu. Cibetur poſt iure galliculi cocti zirbeg, pane al. ſyrup. pomorum, & meliſſæ.

7 Poſt minutionem cibetur eo quod dictum eſt: & ſedeat in aquam tepidam, & bibat aquam caſei, cum dragea facta de mirabol. ni. & embli. conditis cum lacte, polypo. & epithimo. Et detur ei poſt tyriaca faroc. Si accidit uigilia, epithimetur caput cum ſomniferis, & ſuperponatur bombax cum oleo uiol. & lacte mulieris puellam nutrientis.

8 Debet regi regimine humectatiuo. Vtatur ſolatijs, uiridarijs, pratis uirentibus, auditu cantilenæ, & impediatur memoria cum hiſtorijs, rumoribus, & fabulis bonorum patrum. Vtatur ſeruitio, & coitu. Et ſi amata non diminuit amorem, & augetur in abſentia eius in memoria eius, præſentetur alia coram eo ſimilis amatæ in forma & moribus, & ſecum fabuletur.

## De eo quod multiplicatur in eo de morbis Medullæ ſpinalis.

| | NOMINA | Salus, uel ti. Regio Tempus AEtas Complexio | CAVSA | SIGNVM | EVAcuatio | CVRA regalis | CVRA leuis inuentionis |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 1 | Paraliſis, & ſtupor. | Tior. in prin. Frig. humida Hyemale. Senilis Frig. & hum. | Ex flegmate diſſoluto a cerebro, procedente ad neruos. | Mollificatio mẽbri cũ defectu ſenſus, & motus abſq; cauſſa exteriori. | Poſt. vij. diem cũ turbit, iera, & pulpa coloquin. ſale petroleonis. | Cum decoctione aniſi, zuccari, zuccar. roſ. | Colet̃ poſt. iiij. diem iure cicerum, cinnamomo, & aneto, pane groſſo. |
| 2 | Laxitudo. | Tior. pͦ caſũ. Humida. Hyemale Senilis Humida. | Ex caſu, pcuſſione, aut humiditate uiſcoſa. | Mollificatio pͦ percuſſionẽ, uel caſũ, uel criſim, uel colicã, cum defectu ſenſͦ, et motͦ uolũtarij. | Cum cliſteri, ſi eſt cũ conſtipatione. | Emplaſtret̃ locus caſͦ farina ordei, litio, aloe maſtice, & memita. | Emplaſtret̃ locus caſus cum aloe, acacia, & roſ. |
| 3 | Tortura oris. | Salubris Humida. Hyemale Senilis Humida. | Impedimentũ uirtutis motiuæ ad mẽbrũ, uel muſculũ faciei, & oculi. | Cum claudit oculos, oculus læſus manet apertus. | Poſt. vij. diem cum pillulis de iera. | Cũ zucc. roſ. & aqua cocta cum aniſo. | Cũ maſticatione uiſci, maſticis, cũ modico baurac. |
| 4 | Morbus compoſitus ex ſpaſmo, & laxitudine. | Timoroſus. Humida Hyemale. Senilis. Humida. | Ex coniũctione cauſſæ ſpaſmi, cũ cauſſa laxitudinis. | Attractio ptis ſanę ad partẽ dolentẽ, & breuitas membri ex ſpaſmo. | Cũ pillulis de iera, ſi cum repletiõe fuerit. | Emplaſtret̃ mẽbrũ mucilag. pſillij, adipe gallinæ, medulla uaccæ, & cera. | Vngatur mẽbrum mollificatum oleo aneti. |
| 5 | Spaſmus ex repletione. | Timoroſus. Humida. Hyemale. Senilis. Sicca | Ex rep. neru. ex ſupfluit. malis, hũidis, extẽdẽt. latitudinẽ, & diminuentibus longitudinẽ. | Repletio, ebrietas, & ſubito accidit. | Cum cliſteri: poſt cum pillulis ſtom. | Embrocet̃ caput, & ſtõach. decoctione camomillæ, abrotano, maiora. | Fricet̃ in balneo pãnis aſpis, & fricatiõe leni poſt euacuationem. |
| 6 | Spaſmus ex ſiccitate. | Timoroſus. Sicca. Aeſtiuum Iuuenilis Calida | Ex ſiccitate neruoꝝ, cõſtrictio neq; eorũ: ſicut accidit corrigię poſitę ad ignẽ. | Euacuatio pręcedens, aut fluxus ſang. uel cauſſa timoroſa. | Nulla fiat. | Cũ ptiſana cocta cũ iuiubis, ſebeſtẽ, oleo amygd. & ſucco cucur. & zuccaro albo. | Si nõ eſt cũ febre, lacte caprino, Et ſuper caput mulgeat̃ lacte mulieris. |
| 7 | Tremor, & iectigatio. | Non timoroſ. Frigida Hyemale. Senilis. Sicca | Ex debilitate mẽbri tremẽtis, ex mala cõplexione frig. hũore groſſo, aut cã extiori. | Releuatio mẽbri, & eius declinatio, & eſt motus notus. | Cum pillulis ſitarig. | Vngatur oleo coſtino. | Illiniatur cum balneo, cibetur iure cicerum. |
| 8 | Gibbus, uel Gibboſitas. | Tior. cũ tuſſi. Humida. Hyemale. Adoleſcens. Humida. | Ex hũ. uiſcoſa i nucha, diſiũgẽte ſpondile, aut apãte, caſu, aut pcuſſione, uel cã exteriori. | Manifeſtũ. Et ſi eſt cũ apoſtema te, cum eo erit tuſſ. & ſtrictus anhelitus. | Cum pillulis ieræ, ſi eſt ex flegmate. | Reſtituat̃ ſpondile ad locum eius emplaſtro corroboratiuo. | Cum emplaſtro diſſoluẽte unctuoſitates. |

# C O M M. R E I P.

1 Vſque ad. iiij. & vij. ſufficit dare : ucc. roſ. & aquam aniſo coctam : tamen euitet cibum & potum, utatur ſiti & fame: & ſi oportet bibere de aqua, bibat de ea in uaſe uitreo, ita ꝙ non ſit infrigidata. Et poſt. vij. laxetur, ut dictum eſt. Et cibetur iure cicerum. Deinde poſt ſeptimum da eſ de medicamine. ʒ vij. & curetur laxatiuo. Deinde cibetur iure gallinæ, a It landulæ, pu llorum columborum, cum iure cicerum: & quolibet die ſumat de melle roſ. Non tamen laxetur ante digeſtionem humorum: ne noceat diſſolutio tenuitatis humoris, & non groſsitudinis eius, quæ erat reſidua. Et poſt euacuatiõem ungatur pars dolens oleo coſtino, oleo amygdal. amar. oleo ſambucino, oleo nucum ueterum poſt fricationẽ eius cum panno aſpero groſſo, donec rubeat. Lauetur cum decoct. camomillæ, maioranæ, aneti, ſaluiæ, hyſſopi, nepitæ. Cibetur cum iure facto cum mag. angeden, nigella, cum nuce, melle, fiſticis. Stupor curetur ut paral. cum unctione olei, & ſumptione zuccari, uel melle roſ. & aqua cic.

2 Si eſt laxitudo ex parte caſus, incurabilis eſt. Et ſi fit poſt biduum, uel triduum, emplaſtretur eius locus cum diſſolutiuis, ſicut eſt emplaſtrum de coſto, aloe, nuce, cipreſſo, & roſ. ana. & licio, ramik, maſtice, balauſtia, acacia, ſpica ana partem 5. tritis & diſſolutis in oleo rutæ. Et ſi ſit laxitudo poſt colicam : ungatur oleo uiol. partium ij. olei aneti part. 1. Cibetur galliculo cocto zirbeg.

3 Curetur tortura oris cura paraliſis, cum fit in eodem loco: ſed diuerſificetur in regimine cibi, & unctionibus alijs, & modis ipſius poſt euacuationẽ in mandibula quæ non eſt declinans. Et ponatur In ore mirabol. keb. 1. ſternutetur cum condiſio: & maſticetur cum uuis paſſis, baurach, ſinap. pipere, & uiſco.

4 Si ſpaſmus eſt ex repletione, curetur cura paraliſis, cum euacuatione. Et emplaſtretur membrum mollificatum & ſpaſmatum emplaſtro confecto de rebus deſiccatiuis & calefectiuis. Et ſi laxitudo eſt maior, utendum eſt deſiccatiuis magis, & fricatione forti. Et ſi ſpaſmus eſt maior, utendum eſt mollificatiuis magis & lenitiuis, cum parum calefactiuis. Et ſi laxitudo eſt in parte una, & ſpaſmus in alia : emplaſtretur pars ſpaſmata cum rebus lenificatiuis, & pars mollificata cum fricatione forti, & ſimilibus.

5 Si ſpaſmus fit ex repletione, facilioris erit curę quam ex inanitione in patiente. vij. annorũ. Vnde cliſterizari debet. Deinde bibat decoctio aneti, cimini. Et ſi urina non eſt colorata, bibat de metridato: ſi colorata, nõ bibat de eo, ſed euacuat pillulis cõuenĩetibus, non intẽla laxatiõe, & cum cautela detur ei medicamen calidũ. Si cum febre: tẽpore calido, aut caliditate manifeſta.

6 Bibat de ptiſana cum eo quod dictum eſt, & de mucilag. pſillij, & granorum citoniorum, cum oleo granorum cucur. Et abſtergatur lingua, & fricetur ſucco granati, & oleo amygdal. Et imponatur naribus de oleo amygdalarum, uiol. nenufar. Liniatur caput oleo uiol. & mucilag. pſillij. Emplaſtretur caput & collum cũ malua al. oleo uiol. alphita, uiolis ſiccis, cum mucilag. pſillij. Et ungatur membrum ſpaſmatum cum oleo uiol. medulla tibiæ uaccæ, axungia gallinæ, & cera. Et ſuperponatur loco cauda recens. Cibetur partibus anterioribus arietum & hædorum coctorum ſpidebeg, ſpinacijs, oleo amygdalrum, cum piſis laudabilioribus coctis ſpidebeg, aut ouis mollibus, aut pultę farinæ ſimilæ, & olei amygd. euitando deſiccatiua. ſicut lente, aceto, & ſale.

7 Si accidit ex cauſſa nociua, ut anguſtia, triſticia, timore, uel aſcenſione ſuper loca alta : ceſſante cauſſa qua fit, ceſſabit. Et ſi ex nutrimento frigido, nutrimentis curetur calefactiuis. Et ſi fit ex aliquo humore: euacuetur. Et ſi fit ex potu uini: ſuper caput effundatur oleum roſ. cum agreſta, & oleo rami palmæ. Iectigatio curetur cura tremoris, ſi ex frigore cum calefactiuis: & econtra.

8 Si fit ex caſu, uel percuſsione: reuocetur ſpondile ad locum proprium eius. Et utatur emplaſtris corroboratiuis. Si ex apoſtemate: curetur cura apoſtematis. Si ex humore groſſo, uiſcoſo: cum rebus calefactiuis, & deſiccatiuis.

# De eo quod multiplicatur in eo de morbis Palpebræ.

| | NOMINA | Salus, uel ti. Regio Tempus Aetas Complexio | CAVSA | SIGNVM | EVACVATIO | CVRA regalis | CVRA leuis inuentionis |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 1 | Pruritus, & ſcabies palpebræ. | Salubris Humida. Hyemale Senilis Humida. | Ex hũiditate læſa, pul. aut fumo, uel ſolis, a corruptiõe regimis ſanguinis. | Cum palpebra inuenit̃ aſpera, parũ, uel multum, uel fixa ut ficus. | Cum minutione, & trocif. uiolis, & zucc. | Collyrizet̃ cum ſief uiridi, & pul. citrino bene diſſolutis. | Cum collyrio cinereo, & fricetur cum baſilicon. |
| 2 | Apoſtema durum, ſcilicet, Bardi. | Salubris Humida. Hyemale. Senilis Humida. | Ex ſuperfluitate flegmatica. | Apoſtema durum in palpebra, ut bardi. | Cum minutione, ex pillulis ierę, & aloe. | Emplaſtretur armoniaco, aceto, cera & oleo uiol. | Illiniatur gumi granorũ uiridiũ, cũ aceto, & amurca. |
| 3 | Petrificatio, & inflammatio groſſa. | Salubris Occidental. Autumna. Seneſcens Sicca | Ex ſuperfluitate groſſa fit petrificatio in palpebris. | Apoſtema durũ, ut eſt faba, & eſt paruũ ut glandula. | Cum pillulis ieræ, & cochijs. | Illiniatur medulla oſſis thauri, cum cera & oleo uiol. | Emplaſtretur emplaſtro, uel unguẽto diachilon. |
| 4 | Adhæſio. | Salubris Humida. Hyemale Senilis Humida. | Ex ulcere oculi, & cura ſubt̃, & ungula ipſius. | Adhæſio palpebræ, cũ grauedine oculi, aut albedĩe, uel palpebra alia. | Cum minutione, ſi corpus eſt repletum. | Illiniatur locus ſief, memite, licio, & aloe. | Imponat̃ palpebris bombax, infuſa in lacte mulieris. |
| 5 | Cauma, quaſi arena, uel terra. | Salubris Sicca Autumnale. Seneſcens. Sicca. | Ex uentoſitate groſſa, incluſa in palpebra. | Poſt dormitionẽ inuenit̃ in oculis, ut cera, uel terra. | Cum pillulis aloes. | Ingrediatur balneum. | Illiniatur palpebra cũ ſief nigro. |
| 6 | Breuis palpebra, & dicitur ſarra. | Salubris Sicca Autumna. Seneſcens Sicca | Fit a nat̃a, aut ſutura incõueniente: uel ex carne orta in ulcere palpebrę | Diſcoopertio albedĩs oculi ex parua palpebra ſupiori, & reuolutione palpebræ ſupioris. | Cum minutione, ſi repletũ eſt corpus. | Cum ſief rubeo. | Cũ unctione ceræ, & olei. |
| 7 | Ordeaceolum. | Salubris Sicca Autumna. Seneſcens Sicca | Ex ſuperfluitate groſſa cõtenta in palpebra. | Apoſte. ſimile ordeo, proximum origini pilorum palpebræ. | Cum pillulis cochijs. | Illiniatur cera liquefacta. | Fricetur cum muſca, cuius caput eſt inciſum. |
| 8 | Morũ in palpebra. | Salubris Sicca Autumnale Seneſcens Sicca | Ex ſanguine uſto, corrupto & malo, diſpoſitionis malę. | Caro rufa declinans ad nigredinẽ ad modum mori. | Cũ minutione, & pillulis aloes. | Fricetur cum ruſam, ſief uiridi. | Emplaſt. paſta infrig. deiñ ſuppona t̃ moro medicamẽ acutũ, dõec nigreſcat & abſtergatur. |

# COMM. REIP.

1 Primam ſpeciem ſcabiei, iuuat ſief rub. & benedictum cinerei coloris: & non debet fricari cum zuccaro, ſed cum ſief rubeo, uel acuto. Si prima cura non fuit utilis ei, ſecunda ſpecies eius fricetur cum ruſam, uel cum zuccaro: & ſpecies ſimilis generis fricetur ficu cum zuccaro. Et niſi conferat, fiat cum roſ. Et inſtilletur oculus aqua cimini, maſticati cum ſale poſt fricationem: & emplaſtretur cum uitello oui, & oleo roſ. Deinde cum ſief rubeo, uel zuccaro, poſtquam mitigatur dolor fricationis: deinde cum puluere citrino. Et euitet patiens generantia tumores malos: & cibetur nutrimento leui & laudabili, ut eſt galliculus coctus.

2 Impleatur cum ficubus coctis: uel fricetur apoſtema folijs ficus, uel cum pul. citrino poſtquam fricatur cum ſief rubeo & leni. Et niſi conferat iſta cura, ſcindatur palpebra, & extrahatur illa ſubſtantia dura quæ dicitur Barda. Inuerſetur palpebra, & ſcindatur per latitudinem, & extrahatur cum inſtrumento raſto: deinde ſuperponatur ei pul. citrinus. Et hoc ſit poſt purgationem corporis. Et dimittatur ſanguis egredi in hora ſua. Et alia ſpecies apoſtematis ipſius dicitur cadead: & curetur ut prima: tamen hæc capi debet cum capite tenaculi, uel tenalium.

3 Niſi conferat cura, inuertetur palpebra, & aperiatur locus cum inſtrumento rotundo, ita tamen, ꝙ palpebra non ſcindatur ualde. Deinde comprimatur ungue & annulo, quia egredietur de loco uel particula plonis, aut ſanies. Et mundificato loco ſuperponatur loco pul. citrinus. Et inflatio dura, difficilem facit motum palpebræ quando ſurgit de ſomno, cum ſiccitate: & fit in angulo lippitudo ſicca, modica. Et curetur balneo & ſief rub. & unctione capitis cum oleo uiol. Et in groſſa ſpecie eius uidetur palpebra rubea, groſſa: & eſtimatur eſſe ſcabies: & quando inuerſatur, uidetur eſſe munda a ſcabie. Et curatur regimine ſubtili, & cibi correctione. Et illiniatur palpebra memita & croco. Et fricetur oculus ſief rubeo.

4 Debet interponi raſtus in loco tineæ palpebræ, & cum eo eleuari palpebra: aut extendatur cum hamo: deinde excorietur adhæſio cum mahar, uel cum camadin: tamen fiat caute, ne attrahatur cornea. Et inſtilletur oculo aqua cimini cum ſale: & imponatur fiſſuræ bombax infuſa in oleo roſ. & uitello oui. Et ligetur ſuper oculum uitellum oui cum oleo roſ. Et ceſſante reuerſione adhæſionis, collyrizetur oculus cum ſief conſolidatiuo.

5 Debet attenuari regimen cum continuo ingreſſu balnei: & collyrizetur cum ſief darrak. Euitatis nutrimentis groſſis, ut carnibus hircinis, uaccinis, & caſeo uetuſto.

6 Si fit ex uia naturali, non debet curari niſi cera & oleo. Et ſi fit de carne addita, curetur cum baſilicon, & ſief uiridi. Et ſi fit ex ſutura palpebræ inconuenienti, uel ex ulcere, & uis illud curare cum ferro: findatur palpebra in locis adhærentibus, & permitte fluxum fieri de eo: & impone fiſſuræ licinium cum unguento conſolidatiuo.

7 Si corpus eſt calefactum, illiniatur ſief, memite, aqua roſ. & luto ar. Sin autẽ: lauetur cum aqua calida, & fricetur cum pane ualde calido, aut cum raſto, poſita in capite cera calida. Et emplaſtretur cum cera mixto uitriolo, aut ficubus coctis cum aloe. Et ſi non diſſoluitur, capiatur cum ungue, & incidatur. Aut capiatur cum inſtrumento, & fluat ſanguis per horam. Deinde ſuperponatur ei pul. citrinus.

8 Si cum ferro curatur, melius erit q̃ cum medicinis acutis ſuperpoſitis ei. Et ſi ſuperponatur ei medicamen acutum, imponatur oculo lac ſæpe, ut non calefiat oculus. Et impleatur oculus paſta, ut non tendat medicamen ad oculum. Et ſi ſit cura cum ferro: ſuſpendatur cum hamo, & incidatur forpice. Et inſtilletur ſuper locum aqua cimini cum ſale: & ſuperponatur oculo uitellum oui cum oleo roſ.

## De eo quod multiplicatur in eo de morbis Palpebræ.

| | NOMINA | Salus, uel tior.<br>Regio<br>Tempus<br>Aetas<br>Complexio | CAVSA | SIGNVM | EVAcuatio | CVRA regalis | CVRA leuis inuentionis |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 1 | Tinea. | Non timoroſ.<br>Sicca<br>Autumnale.<br>Seneſcens.<br>Sicca | Ex putrefactione chol.ru. cum mixtione flegmatis. | Furfur in radicibus pilorum ad modũ cineris: & ocul9 ulceratur. | Cũ minutione, & decoctione fructuũ. | Cibetur perdicibus, & faſianis, & zirbeg. | Illiniatur litargyro, & alcanna de mecca. |
| 2 | Formica in palpebra. | Non timoroſ.<br>Calida<br>Aeſtiuum<br>Iuuenilis<br>Calida | Ex incluſione choleræ rubeę | Cadũt pili palpebrę, et color palpebrę ruf9, & locus pilorũ finditur. | Cũ minutione, & ſyr. roſ. cũ niue. | Cum ſief rub. & leni. | Illiniatur cum ſief memite. |
| 3 | Nodulus in palpebra. | Non timoroſ.<br>Frigida<br>Siccum.<br>Senilis.<br>Frigida. | Ex flegmate groſſo. | Durus tactus, niſi ſit ſubtilis materiæ. | Cum decoct. epithimi. | Emplaſtretur emplaſtro diachilone. | Emplaſtretur alphita, lupinorum, & oleo. |
| 4 | Pediculi in palpebra. | Salubris<br>Humida.<br>Hyemale.<br>Senilis.<br>Humida. | Ex cibis malis gñantibus ſuperfluitates, et balnei dimiſſione. | Reperiunť parui, & magni in pilis ipſarũ, & rubei magis. | Cum pillulis ieræ, & aloe mixtis. | Laueť palpebra cum zuc. aqua. & continuet balneum. | Laueť palpebra aqua cal. ſale, & baurac. |
| 5 | Pili additi, inuerſi, & extenti. | Salubris.<br>Humida.<br>Veris.<br>Senilis.<br>Humida. | Ex humiditate putrefacta, collecta in pilis palpebræ. | Pili orti contra ortũ naturalẽ, inuerſi ad interius. | Cum decoctione epithimi. | Cum baſilicone. | Inuiſcenť cum maſtice, & eradicentur radicaliter. |
| 6 | Apoſtẽa forte cũ humiditate, ſcilicet Guardinig. | Salubris<br>Meridiona.<br>Hyemale<br>Adoleſcens.<br>Humida. | Ex ſang. cholerico, manante ad palpebrã. | Apoſtema cũ hũiditate multa, & color ei9 declinat ad uiriditatẽ, & rubedinem. | Cũ minutione, et uentoſa. | Empĺaſtreť uitello oui, cum oleo roſ. in pncipio eius. | Illiniať palpebra cũ ſief memite, & calef. aqua cocta camomillę, & coronæ regiæ. |
| 7 | Groſſicies cũ rubedine: & diciť Sulac. | Salubris<br>Calida.<br>Aeſtiuum<br>Iuuenilis<br>Sicca | Ex humiditate ſubtili bauracina. | Groſſicies rufa, & corroſio modica in radice pilorum. | Cum pillulis ieræ, aut decoct. agarici. | Illinietur oculus aqua roſ. infuſionis ſumac. | Emplaſtreť oculus pulpa granati recẽtis, lenibus excorticatis, cũ modico oleo uiol. |
| 8 | Mollificatio palpebræ ſuperioris: quæ diciť Siruet. | Salubris<br>Meridiona.<br>Veris.<br>Adoleſcens.<br>Humida. | Miſcet neruo humiditas mala, & ſpaſmať inde corpus uiſcoſum, & pingue. | Mollificatio palpebrę ſuperioris: & ſi tangitur digito, palpebra inflať. | Cum minutione, & uentoſa. | Illiniať acacia, licio, ſiſeleos, memita, & ſe. mẽtaſtri al. tritis cũ aqua maratri: & ſuperſpargať pul. coloris cinerei. | Illiniatur cum aloe, & aqua mirti: & ſuperſpargatur ei tutia cum zuccaro. |

# COMM. REIP.

1 Poſsibile eſt, ꝙ tinea accidat de cholera nigra, uel flegmate. Vnde euitare debet pa. nutrimẽta generantia humorem eius poſt purgationem humorem generãtium. Et tunc collyrizetur oculus cum ſief citrino: deinde cum ſief rub. & leni.

2 Poſt minutionẽ & purgationẽ, cũ medicamine, euitet patiens gñantia ipſius humorẽ, ſicut ſunt piſces, lac acidũ, lentes, cibi ſalſi. Cibetur galliculis coctis zirbeg, cum ſucco granatorũ. Et collyrizetur oculus cum ſief rub. deinde cum infrigidatiuo de camphora.

3 Debet euitare generantia flegma, & chol. rub. Et emplaſtretur cum eo quod dixi. Quod niſi diſſoluatur, ſcarificetur locus, & extrahatur pro ut dixi in cura noduli, quando fit in toto corpore. Et ſuperponatur ei poſt pul. citrinus.

4 Poſt purgationẽ corporis, & lotionem ipſius cum aſsidua balneatione, euitet patiens generantia ſuperfluitates groſſas, & comeſtionẽ aſſiduam ficuum ſiccarũ. Cibetur gallinis, biſtardis, & perdicibus. Et collyrizetur oculus cum rufani. Et illiniatur ſtafiſagria, alumine, uitriolo, ſtercore caprino, & ſale gemmæ ana, tritis, & diſtemperatis cum abrotano.

5 Curetur medicamine acuto, aut adhęſione, aut coctura. Et poſt depilentur cum inſtrumento pili. Coquatur locus pilorũ, & coctura fiat ſuper duos pilos, & ſuperponatur maſtix poſt cocturam, cum albumine oui, aut oleo roſ. Aut depilẽtur, & poſt illiniatur locus ſang. ranulæ, & cicarum adhærentiũ in canibus, & ouis formicarũ, & lacte foliorũ ficus, & herba quæ inuenitur inter ordeum: tamen comprimi debet: & cum aqua eius liquefiat cera: & illiniatur locus cũ eis, & ſale ar. & ungula aſini uſta, tritis cum aceto. Et ſi pili ſunt multi, & non confert medicina, fiat eleuatio, ut dixi ſuperius. Sed caſus pilorum palpebræ, accidit ex humore acuto: unde euacuetur corpus, & illiniatur locus cum nucleis dactilorum uſtis, aut cum ſtercore muris uſto, trito cum melle. Et collyrizetur cum lazulo.

6 Poſt purgationem corporis attenuetur dieta cum cibis coctis cum agreſta, & galliculis. Et ſi patiens ſit paruulus, utatur nutrix dieta, & ſuperponatur in principio uitellũ oui: deinde miſceatur cum eo die tertio modica pars opij & croci. Deinde ſuperponatur uulcaya, quod fit de ſarcoc. conditis amido zucc. al. & gumi ar. Deinde utatur pul. confecto de ſief memitę ʒ ij. & de citrino magno ʒ iij. amido ʒ ij. tritis & cribellatis. Et iuuat guarding pul. ſarcoc. & memitæ. Et emplaſtretur oculus cum lentibus, bene tritis cum farina ordei, & croco. Et inuerſetur palpebra, & ſcindatur guarding, & ſuperſpergatur pul. citrinus, deinde ſief rub. erit iuuatiuum.

7 Poſt purgationẽ corporis de humiditate bauracina, corrigantur nutrimenta eius cum carnibus arietis, hędinis, gallinis, & pane al. Et illiniatur ſuper palpebram cum litargyro, trito oleo roſ. lino, ſief memitæ. Et illiniatur cum roſ. alphita, croco, tritis cum aqua endiuiæ. Et collyrizetur cum ſief rub. & refrigerio agreſtæ, confecto de agreſta recenti, & tutia. Quod niſi conferat, fiat refrigerium de agreſta, tutia, & uenis ana ʒ 1. mirabol. cit. zinzib. ana ʒ ſ. piperis lon. chelidoniæ ana danik 1. & ſal. indi carat. 1. tritis, & conditis bene cum agreſta, & iterum tritis.

8 Poſt mundificationem corporis ſedeat inter manus tuas: deinde extende palpebrã cum indice & pollice, & comprime eam ad colligendam illam pinguedinem inter duos digitos: deinde præcipe, ꝙ attrahatur palpebra de medio ſupercilij, & extende eam de loco eius ad inferius. Deinde ſcinde palpebrã per latitudinẽ ad modum flebotomiæ & plus parũ. Et noli comprimere ut plus rumpatur palpebra, ne noceat tunicæ corneæ: ſed ſciſſura fiat, deſcendat pinguedo, & capiatur cum panno lini, & cõmoueatur ſiniſtro & dextro, donec eradicetur. Deinde ſuperſpargatur ei pul. citrinus. Deinde ligetur plumaceolis, & mane diſſoluatur. Quod ſi non apoſtematur, uel caleſit: ſuperponatur ei unguentũ, & illiniatur licio, & ſief memitæ, ſandal. auellana inda, cum aqua coriandri.

## De eo quod multiplicatur in eo de morbis Coniunctiuæ.

| | NOMINA | Salus, uel tiior. Regio Tempus Aetas Complexio | CAVSA | SIGNVM | EVAcuatio | CVRA regalis | CVRA leuis inuentionis |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 1 | Obthalmia in Coniũctiua. | Salubris Meridi. Occi. Autum. veris Adol. iuue. Calida | Ex ſangui. uel chol. rub. fluente ad coniũctiuã: uel fũo, uel puluere. | Apoſtema cõiũctiuæ, & rubedo, & repletio uenarum eius. | Cum minutione cephalicæ. | Emplaſtref oculus pãno infuſo in aq̃ ro. & camfora in p̃ncip[illegible] eius | Cum mucilag. grani citonij, uel gu. ar. uel albumine oui, cũ lacte mulier. |
| 2 | Inflatio in Coniũctiua. | Salubris Frigida Aeſtiuum Senilis. Frigida. | Ex uẽtoſitate, & ſuperfluitate flegmat. groſſa, uel ſubtili, uel melãchol. | Color albꝰ, uel liuidꝰ: Et ſi cõprimiẽ, manet ueſtigiũ: niſi fuerit a melãcho. | Cum turbit, & iera pigra. | Cum fief albo, ſiue opio, & roſ. alb. | Illiniatur aloe, & fief memitæ. |
| 3 | Duricies in Coniũctiua. | Salubris Sicca Autumnale, Seneſcens. Sicca | Ex humore groſſo, & ſicco. | Tardus motus oculi, difficilis aptio poſt dormitionẽ ex duricie ipſius | Cũ minutione, & decoctione epithimi. | Cũ pul. albo: deinde cũ citrino, & fiat cum aqua calida | Cum uitello oui, oleo roſ. & lauetur aqua tepida. |
| 4 | Pruritus in Coniũctiua. | Salubris Sicca Aeſtiuum Iuuenilis Sicca | Ex ſuperfluitate ſalſa, & bauracina. | Lachryma ſalſa, cõburens oculũ, & pruritꝰ in angulis, et rubedo palpebræ, & anguli. | Cum pillulis aloes, & pill. aureis. | Cum fief rub. leni, & pul. citrino paruo. | Cum refrigerio agreſtæ. |
| 5 | Panniculus ruffus, & dicitur ſubin. | Tioroſ. inteſꝰ Meridiona. Veris. Adoleſcens. Sicca, | Ex ſang. groſſo, uenas implente coniunctiuæ. | Panniculus, rubedo, lachryma, et uiſo lumine ſolis ſternutat. | Cũ minutione cephalicæ, & pillulis ieræ, & aloes. | Cum fief ru. & pul. citrino paruo. | Cum fief uiridi, baſilicone, ruſani, & melle cum ſucco granati. |
| 6 | Vngula. | Timoroſa. Sicca Autumna. Seneſcens. Humida. | Ex materia groſſa, & ſicca. | Additio neruoſa oriẽ in angu. oculi, & extẽditur, et cooperit nigredinẽ oculi, & uiſum. | Cum minutione cephalicæ. | Cum fief uiridi, & baſilicone | Fricef ſale armoniaco, gẽmæ, radice lilij, & tutia. |
| 7 | Lachryma. | Salubris. Humida. Hyemale. Senilis. Frigida. | Ex debilitate muſculi oculi, uel ex humiditate fluente de capite. | Humidi oculi, & fluxus lachrymarũ: & macreſcit alã groſſicies eius | Cum pillulis de iera. | Cum refrigerio myrti. | Cum refrigerio agreſtæ |
| 8 | Percuſsio, aut caſus accidens in oculo. | Salubris Calida Veris. Adoleſcens. Calida. | Ex apãte in cõiunctiua, uel ruptura alicuius uenæ ex pcuſſione, aut ſang. acuto. | Rubedo ipſius loci, præcedẽs eiectionẽ lippitudis, uel percuſsio. | Cum minutione cephalicæ. | Cũ lacte fœmineo, ſan. pulli columbæ, uel turturis, uel palumbæ | Cũ aqua cimini maſticati, ita tamen ꝙ non ſit apoſtema de caliditate |

## CVRA COMMVNIS.

1 Species accidens ex cauſſa primitiua, curat̃ ceſſante cauſſa eam inducente. Deinde infrigidet̃ cum aqua roſ. & modico camphoræ, & panno lini. Deinde collyrizetur refrigerio camphoræ confecto de ʒ ij. tutiæ & gra. i. camphoræ, bene tritis. Et illiniat̃ oculus licio, ſandal. aqua roſ. & coriandri recentis. Et ſpecies accidens ex humore intrinſeco, curet̃ purgatione corporis, & cibet̃ cum farre ordei infrigidato cũ zuccaro. Vtatur quiete & otio. Sedeat in domo obſcura. Et infrigidet̃ oculus cum ſief confecto cum gũmi ar. amido, dragagan. ana ʒ i. opij ʒ ſ. ceruſſæ ʒ iij. bene tritis, & bene diſtemperatis cũ albumine oui: & mitigato apoſtemate, parũ infrigidetur refrigerio camphoræ prædicto. Et tertia ſpecies poſt euacuationẽ, infrigidetur cũ eo quod dixi de ſief, ſi tempus eſt æſtiuũ. Si hyemale: lacte fœminæ, & ſief prædicto: & emplaſtret̃ oculus pſillio, endiuiæ aqua, & ſemperuiuæ. Et ſi eijcit lippitudinẽ: pulverizetur cum pul. confecto de ſarcoc. ʒ iiij zuccari, gũmi ar. ana. ʒ i. Minorata rubedine, mitigato apoſtemate, puluериſetur cum puluere citrino, & ſiet rub. Balneetur, & lauetur oculus aqua herbarum odoriferarum.

2 Prima ſpecies curetur cum eo quod prædictum eſt. Et lauetur decoct. camomil. coro. reg. maioranæ. Et balneetur in ſpecie ſecunda, & cibetur galliculo poſt euacuationẽ corporis: uel biſtarda, coctis ſpidebeg. Et collyrizetur ſief rub. leni. Illiniatur cum aloe, licio, croco & ſief memitæ. Et lauetur oculus aqua prædicta. Duæ aliæ ſpecies curentur per euacuationem corporis: & collyrizetur oculus ſief rub. aceto, & pul. citrino. Et lauetur aqua camomillæ, coronæ regiæ, origani, & maioranæ.

3 Prima ſpecies comprehendit omnes. Poſt minutionẽ & purgationem collyrizetur ſief al. & lacte mulieris: deinde cum pul. deinde cum ſief rub. & calefiat cum aqua cali. Et illiniatur locus farina ordei, ſief memitæ, corona regia, uitello oui, mixtis cum oleo roſ. adipe anatis, & effuſione olei uiol. ſuper caput. Balneetur patiens, & illiniatur caput aqua cocta decoct. coronæ regiæ, nenuf. uiol. ſiccis, & fenugræc.

4 Poſt euacuationem collyrizetur cum eo quod dictum eſt. deinde cum ſief rub. acuto. Et collyrizetur cum collyrijs acutis, prouocantibus lachrymã. ut baſilicone, cariſsimo. Calefiat oculus camom. corona regia, et modico ſale. Vtatur balneo. Cibetur carnibus hædinis, arietinis, pane mundo, uino claro limphato.

5 Poſt euacuationẽ ſi caleſit, collyrizet̃ cum ſief rub. Et mitigata febre cum ſief rub. corrigant nutrimenta. Euitetur repletio cibi & potus generantis melancholiam. Euitet fumũ, puluerem, uocem magnam, & totum id quod replet uenas faciei & oculi. Quod niſi conferat, colligatur ſubin ferro, poſt purgationem corporis & capitis: iaceat patiens: & aperiantur oculi moderate, ita ꝙ non inuerſentur palpebræ cum capite pollicis. Deinde cum hamo ſuſpendatur ſubin ex parte anguli maioris caute, ne tangatur cornea, uel proximetur ei: & capiatur cum alio hamo ex parte palpebræ ſuperioris: ſimiliter ex parte anguli parui. Et eleuent̃ duo hami moderate cum manu ſiniſtra, & forcipetur cum parte capite forcipis ex parte anguli parui modica pars eius: & intromittatur ei pars inferior alicuius pennæ, & excorietur, eleuetur, & colligatur cũ inſtrumẽto uſq; ad angulum maiorẽ. Deinde ſuſpendantur hami in parte palpebræ inferioris. Et fac ut pruno feciſti caute, ne proximet corneæ. Et ſi uides uenam aliquam, uel aliquid aliud remanere: noli aliquid agere, niſi ꝙ inſtilletur oculo aqua cimini maſticati, colata cum ſale. Et ſuperponatur ei uitellum oui, cum oleo roſ. Soluatur mane, et lauetur aqua calida cocta cum roſ. ſiccis: & infundatur raſtus in oleo roſ. & imponatur palpebris. Mitigata caliditate ipſius, iterum utatur medicinis acutis iuxta ordinem prædictum.

6 Si eſt ſubtilis, cũ medicinis acutis: ſi groſſa, & expanditur ſuper foramen prohibens uiſum, curetur ferro. Dormiat patiens, & ſuſpendatur ungula cum hamo, & excorietur cum aliqua penna. Aut accipe acum in qua ſit unus capillus mulieris, & impone eam ſub ungula in parte anguli: & extrahe eam in parte alia, & moueatur cum capillo duabus manibus ſub ungula in parte pupillæ: & cum ea excoriet̃ ungula imminente pupilla a longe. Et incidat̃ forcipe de radice eius, poſt quã euellat̃ parũ, caute, ne incidat̃ caro anguli, & accidat fluxus. Deinde inſtillet̃ in oculo aqua cimini, maſticati cum ſale. Et ligetur cum plumaceolis: ſuper quos ligetur uitellum oui cum oleo roſ. Et ſi mane caleſit, curetur ut obthalmia: deinde acutis medicinis.

7 Hoc iuuat lachrymam, ſi collyrizetur oculus collyrio confecto de tutia ʒ viij. cadmia aur. ʒ i. antimonij ʒ i. folij ʒ i ſ. tritis, conditis cum aqua mirabolanorum, agreſta, & aqua ſumac in media parte agreſtæ. Et emplaſtretur frons farina fabarum excorticatarum.

8 Inſtillet̃ in oculo de albumine oui. deinde de cotor. deinde de thure mixto cum lacte mulieris, & ſief albo, ſi caleſit oculus. Et Guadea eſt apoſtema durũ, ſimile perlæ: & in colore ſit rufa. Curet̃ attenuatione dietæ, & collyrizetur cũ uulcaya, ro. Et ſi chronicũ fuerit, cũ ſief ru. & albo. Sed ad id quod cadit in oculis de puluere, fumo, & alia re, inſtillet̃ oculo lac mulieris ſæpe, aut aqua dulcis. Quod ſi ceciderit in eo arena, uel aliquid ſimile, quod non manifeſtatur: inuerſetur palpebra ſuperior, & inuoluatur ſuper digitũ pannus lini, & abſtergatur cum eo. Et ſi adhæret oculo aliquid, plane abſtergatur. Et inſtilletur oculo de lacte fœminino.

# De eo quod multiplicatur in eo de morbis Corneæ.

| | NOMINA | Salus,uel ti. Regio Tempus AEtas Complexio | CAVSA | SIGNVM | EVAcuatio | CVRA regalis | CVRA leuis inuentionis |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 1 | Vlcera. | Timoroſ. Meridiona. Aeſtiuũ,veris Adoleſcens. Humida. | Ex humiditate acuta manante ad oculum. | Fiũt ſup nigredinẽ oculi,et diuerſa ſunt: ut prædixi in capite folij. | Cum cephalicę minutione, & decoct. fructuum. | Cum lacte ſief al. & lacte fœminino. | Cũ albumine oui,et pul.corticis oui,ſem. roſ.& hęmatite |
| 2 | Puſtulæ. | Timoroſ. Meridional. Veris. Adoleſcens. Humida | Ex humiditate collecta in corticibus tunicæ corneæ. | Nigredo coloris qñ fiũt poſt corticẽ, & albedo ubi fiunt poſt tertiam. | Cum minutione cephalicæ. | Cum ſief al. & albumine ouorum. | Cũ lacte fœminæ: deinde cũ pul.roſ. ſ. collyrio. |
| 3 | Veſtigiũ, albedo,& tinctura eius. | Timoroſ. Sicca. Autumnale Seneſcens. Sicca | Illud præcedunt ulcera, uel puſtulæ. | Albedo quam præceſſerunt puſtulæ,uel ulcera. | Nulla fiat. | Cum ſief rub. uel pul.cancri marini, tutia indiana,& zuccaro. | Cũ ſucco papaueris nigri, & cãnis tecti ueteribus bene tritis. |
| 4 | Cancer in cornea. | Timoroſ. Sicca Aeſtiuũ,autũ. Iuuenil.ſeneſ. Sicca | Ex hũore melãcholico cal. incinerato. | Apã durũ fit in cornea,rubedo,dolor,foda,cũ defectu appetit9 cibi. | Cũ minutione cephalicæ, & potu aquæ caſei. | Cũ pul.hęmatitis, uel cadmię argẽti,abrotano,& corallo. | Bibat ptiſanã, uel lac recens, & collyrizetur ſief albo. |
| 5 | Eminentia. | Timoroſa. Calida Aeſtiuum Iuuenilis Calida | Ex ruptura corneæ, & ulcerũ corroſione,uel puſtulę:inde egredieť uua. | Eminentia ut caput formicę, uel muſcæ,uel caput claui. | Cum minutione,ſi corpus eſt repletum. | Cũ ſief plumbi:& collyrizetur abrotano uſto,cõdito. | Ligeť in plumaceolis particula plũbi ; vij. & collyrizeť pincelleto uſto. |
| 6 | Lauatio. | Timoroſ. Meridional. Veris Adoleſcens. Humida. | Ex punctione exteriori ulcere,uel puſtula. | Videtur defectus partis de cornea,& fit cauatio. | Nulla fiat. | Cũ marcaſita argentea. | Collyrizetur cum antimonio,& ſandalo uſto. |
| 7 | Occultatio ſaniei poſt corneam. | Timoroſ. Meridional. Veris. Adoleſcens. Humida. | Ex ulcere pcedẽte nõ curato, uel obtalmia, & foda, cuius ſuperfluitas manat. | Similis ungulæ i forma,ſed maior eſt ea. | Cum rroſ. uiol.& zuccaro. | Bibat ſyr.papaueris,uiol.& iulep:& cibeť gallinis,hędorũ & arietum extremitatibus. | Cum ſief rubeo. |
| 8 | Excoriatio Corneæ. | Timoroſ. Calida Aeſtiuum. Iuuenilis Calida | Ex re acuta,ut ferro,aut canna, aut medicina acuta. | Excoriatio partis corneæ. | Cum minutione, ſi caleſit oculus. | Cum ſief plumbi. | Cum antimonio aſſacham. |

# CVRA COMMVNIS.

1 Poſt minutionē curetur mitigatiuis doloris, & frigidatiuis: deinde cū puluere al. Deinde cum roſeo. Et cibetur cū agreſta, piſis & ſpinacijs: & bibat iulep, & aquā granati muzi, cum ſyr. acet. & agreſtæ, cū aqua portul. Et bibat de ptiſana. Et emplaſtreī bombace infuſa in lacte, mixto cum ſief al. uel pſillio percuſſo cum aqua roſ. & aqua coriandri recentis. Et ſi ſit in eorū eminentia duricies: fiant plumaceoli, & diſſoluanī in una hora poſt aliam. Et ſi fortificetur dolor: diſſoluatur ſief cum aqua fenugræci. Et illiniatur oculus cum litio & opio, cum aqua lactucæ, uel cum corticibus papaueris, tritis cum aqua coriandri. Et mitigato dolore, nullum ſtupefactiuum apponatur oculo, ſed digeratur cum ſarcoc. condita cum lacte fœminæ, cum amido & zuccaro al. deinde cum roſeo. Et ſi non ſufficit ad mundificationem ſordiciei, corallus uſtus iuuat: & repleto ulcere cum ſief ru. fiat cura. Balneetur, & cibetur galliculis, perdiceq́ȝ.

2 Fiat cura puſtulæ ut cura ulceris in euacuatione, & ſtupefactiuis penes multum dolorem. Cibetur ſpinacijs. Et bibat aquam portul. & ſyrup. agreſtę. Et niſi ſiccetur, pulueriſetur cum pul. confecto de hematite loto ʒ ij. perlis ʒ i. abrotani uſti loti ʒ i ſ. antimonij, tutiæ, marcaſitæ ana ʒ ſ. tritis, & extractis de rindeto. Et deſiccata materia, collyrizetur, & regatur regimine ſupradicto. Et ſi tardat reſudatio materiæ, & eius radicatio, miſceatur pul. citrinus cum lacte mulieris, & de eo inſtilletur in oculum.

3 Cum medicinis abſterſiuis, ut tutia indiana, ære uſto, ſtercore lupi, paſſerum, & hyrundinum, tritis cum melle. Et ſi eſt ſubtilis, ſufficit ei ſief ru. acutum, & aqua papaueris nigri ſylueſtris. Sed ſi groſſum, cum ſief uiridi: deinde cum pul. confecto de ſuc. & cancro maris, uſtis ana, & ſpuma maris, ſtercore lupi, tutia indiana ana par. ſ. tritis omnibus, mixtis cum melle, aut cum pul. macerato ſuper ſubſtātiam oculi albedinis, et coletur. Recipe tutiæ indianæ, cancri maris, ſandal. uſti ana danīk ij. ſuc. danīk i. terantur bene cum melle colato, & aqua fenic. ana. ſarcoc. baurac, armenici ana partem decimam: terantur omnia, & cum eis collyrizetur: tangatq́ȝ oculum, & albedinē, glauc. collyrizetur cum lacte aſinino calido, & cum huiuſmodi ſief. Recipe florum granati parui cadentis, calcad. acaciæ gumi ar. ana. ʒ v. antimo. gallæ ana ʒ iij. terantur, & diſtemperētur cum aqua. Et niſi inueniatur flos granati, loco eius recipe panniculum ſubtilem. qui eſt ſuper grana granati.

4 Cancer non ſuſtinet medicinas acutas: unde curetur medicinis mitigantibus dolorem. Et ſi incidaī, ſanatio eius eſt difficilis. Tamen ſi corpus eſt repletū, minuatur: & purgeī aqua caſei, cum dragea confecta de epithimo trito ʒ ſ. ſene de mecca ʒ ij. bugloſſæ tranſmarinæ ʒ iij. meliſſæ ʒ ij. turbit, polyp. hermod. ana danīk. ij. ſem. podag. lini ana ʒ i. mirabol. nigr. keb. ana ʒ i ſ. ſalis indi ʒ i. ſticad. & lazuli ana danīk i ſ. maſticis tantūdem, tritis omnibus, & ſumptis cum aqua caſei. Et ſi caleſit oculus, infrigideī cum ſief al. Et emplaſtreī alphita, uiol. nenuf. farina fabarum, folijs maluauiſci, & maluæ, cum oleo uiol. Et collyrizetur cum tutia, hæmatite, amido, ſief, memitæ, luto ſigilla. & perlis tritis bene.

5 Cum deſiccatiuis & ſtipticis abſq́ȝ aſperitate. Et cum pul. ceruſæ, cadmia argenti, gumi ar a. Et ſi eſt poſt annos ij. & ſit magna, non ſanatur. Et ſi uis accipe acum cum filo, & inmitte acum ſub eminentia, & ſubligetur cum filo, & forcipeī forcipe. Deinde imponaī oculo de hæmatite, & antimomo. Et ſalubrior cura erit, ſi imponas acū cum filo radici eminentię in parte palpebræ inferioris ad ſuperius: deiode inmittas aliū acum cū filo in parte anguli pertinente ad manū dextram in radice eminentiæ: & extendaī, & incidatur in loco duplici horum duorum filorum: & ligetur uno filo ad inferius, & cum alio ad ſuperius. Et extrahatur acus, & inſtilletur in oculo aqua cimini maſticati cum ſale: et ſuperponantur oculo plumaceoli cum oleo roſ. et uitello oui. Et mane diſſoluatur, & inſtilletur in eo ſief al. Et melius eſt, q́ȝ non incidatur, ſed relinquatur ſic: quia non ſeparabitur penes inciſionem eius iuuamentum, neq́ȝ reuerſio uiſus.

6 Collyrizetur cum ſief confecto de plumbo uſto, conchula uſta, dragagan. gumi ar. abrotano uſto, uino cocto, antimonio, ſiluada ana. mirra clara, opio cypriano ana p. decimā, tritis bene, & mixtis cum albumine oui. Et pulueriſetur cum puluere confecto cum hæmatite loto ʒ i. abrotano uſto condito ʒ ij. tutia condita ʒ ſ. perlis non perforatis ʒ ſ. plumbi uſti ʒ i. antimomi albaham conditi ʒ i. tritis bene.

7 Cum diſſolutiuis, & digeſtiuis, & cum temperie, & ſief ru. & uulcaya: & niſi diſſoluatur, collyrizetur melle confecto de aqua croci, & aloes ana ʒ i. uini cocti ad tertium, & mellis ana ʒ iij. mixtis bene, collyrizetur cum eo bis, uel ter in die. Quod niſi conferat, cureī ferro: ſcindaī in loco poſt angulū paruum parū, ut emanet ſaniet. Et Gal. dixit, q́ȝ ſcindatur panniculus qui eſt in loco corneæ, ut extra manet ſanies: ſic, q́ȝ ſcindatur tunica corneæ cum inſtrumento flebotomiæ, cum ſciſſura non deſcendente ad oculum, & egredietur ſanies. Et inſtilletur in oculum de lacte mulieris. Et curetur cura ulceris.

8 Curetur cum eo quo curatur ulcus, cum deſiccatiuis. Et corrigantur nutrimenta in principio cum cibis de agreſta: & poſt cum galliculis, & gallinis, & potu iulep, & aqua ſem. portulacæ, & ptiſana. Et melius erit, ſi curatur cum ſief plumbi.

# De eo quod multiplicatur in angulis oculi, et inter corneam, et criſtallinam.

| | NOMINA | Salus, uel ti. / Regio / Tempus / AEtas / Complexio | CAVSA | SIGNVM | EVAcuatio | CVRA regalis | CVRA leuis inuentionis |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 1 | Fiſtula quæ dicitur, Garb. | Salubris / Meridiona. / Veris. / Iuuenilis / Cali. & humi. | Ex materia acuta. | Exitura anguli, uel naris. | Cum minutione, et decoct. fructuum. | Illiniat̃ memita, croco: et emplaſtret̃ laureola maſticata, uel fenugræco cum melle. | Emplaſtretur ſem. lini, & thure tritis. |
| 2 | Manatio. | Salubris / Calida / Aeſtiuum / Iuuenilis / Calida | Ex diminutiōe carnis anguli ex re acuta, uel cura ferri, uel pꝰ morbillos. | Manatio hu. de angulo ad oculū ex diminutione carnis eius. | Cum minutione, ſi eſt poſsibile. | Cum ſief, memite, croco, gum. ar. tritis, cum ſucco myrti. | Cum oleo, gumi ar. infuſa in aqua roſ. |
| 3 | Galandula. | Salubris / Humida. / Hyemale. / Senilis. / Humida. | Ex ſanguine groſſo ualde. | Augetur caro anguli præter naturam. | Cum minutione. | Cum ſief uiridis æris. | Cū unguento uiridis æris. |
| 4 | Strictura foraminis. | tior. ſup oculū / Sicca / Autumnale / Senilis. / Sicca. | Ex ſiccitate, uel apoſtēate, uel opilatione ex humore groſſo. | Stringitur foramē cōtra q̄ntitatē eiꝰ: & q̄n opponit̃ ſole uidet̃ res ultra q̄ eſt, uel nō uidet̃ | Cum minutione, ſi eſt ex apoſtemate. | Cū balneo, & humectatiōe, ſi eſt ex ſiccita. & oleis ca. ſup caput, ſi eſt ex humiditate. | Cum exercitio moderato, ſi ex apoſtemate eſt, & fricatione capitis, et faciei moderata. |
| 5 | Amplitudo foraminis. | Tior. ſup ocu. / Humida. / Veris. / Adoleſcens. / Humida. | Ex apoſtemate uueę, uel hūīditate albugineę, uel percuſsione forti. | Ampliatur foramen, quādo opponit̃ ſoli res, uidet̃ minor: uel nō uidetur oīno. | Cū minutione, ſi eſt ex apoſtemate, uel percuſsione forti. | Lauetur lacte, ſi eſt rufa, & collyrizet̃ hæmatite. | Lauetur facies aqua frigida, & illiniant̃ tpa ſandal. |
| 6 | Aqua. | Tior. ſup ocū. / Humida / Hyemale. / Senilis / Humida. | Ex humiditate groſſa, coagulata in facie pupillæ. | Si pficit, nō uidebit: et uidebit ex reſiduo pupillæ, & color diuerſus eſt. | Cum pillulis ieræ, aureis, & aloes. | Cū marcaſita aurea, uaſe fictili uſta. deinde in uaſe uitri per. 7. dies, & erit alba: terat̃, & collyrizet̃. | Collyrizetur cū melle, ſucco feniculi, & baſilicone. |
| 7 | Imaginatio ex parte aquæ. | Tior. ſup ocu. / Meridio[illegible] / Hyemale. / Senilis. / Humida. | Ex primo aduentu humiditatis, quæ dicit̃ aqua. | Viſio muſcę, uel capilloꝝ ubi nō ſunt. Et eſt ex repletiōe ſtomachi, uel ex inanitione eiuſdē. | Cum pillulis ieræ, & cochijs. | Cum tutia indiana, & antimonio, cū ſucco feniculi. | Cum baſilicone. |
| 8 | Imaginatio ex parte ſtomachi. | Salubris / Humida. / Hyemale / Senilis / Humida. | Ex aſcenſione uaporum ſtomachi ad cerebrum. | Imaginat̃ cimices uidere. alleuiabit̃ uomitu: et cū ſtōa. alleuiat̃, alleuiationē ſentit cū claritate. | Cum pillulis ieræ. | Cū zuccaro roſ. aq̄ cocta cum aniſo, & mētaſtro albo. | Cum oxymelle ſeminum. |

# COMM. REIP.

1 Poſt apertionem apoſtematis curetur cū ſarcoc. aloe, ſang. dra. balau. antimonio, alumine ana. uiridis æris p. quarta: uel impleatur nuce corrupta, trita: uel myrrha, uel mirto, & pulpa coloquin. uel folijs rutæ hortenſis. Et ſi declinat ad fiſtulam: curetur cum uſnen perſo part. ij. calcis part. i. uitrioli part. 5. tritis cum urina pueri: & imponatur ei licinium. Aut recipe utriuſq; arſenici caly. ana. terantur, & diſtemperentur cum armoniaco: & imponatur cum licinio fiſtulæ per diem & noctem, ter per triduum, & tria ligna ſucceſsiue: corrodet carnem malam ipſius, & ſanabit eam. Et niſi conferant medicinæ, & tendit eius putrefactio ad os naris: de iure incidi debet tota caro mala. Deinde tendatur ad os: et ſi os non fuerit corruptum, fricetur cum inſtrumento tumadin bene. Sed ſi fuerit corruptum: curetur ſubtili cauterio, prius repleto oculo de paſta infuſa cum aqua roſ. & tendat coctura ad partem interiorem naris. Et habetur ſignum ipſius, ꝙ reſtringatur anhelitus, & opiletur naris. Et ſi egredietur aer per locum fiſtulæ, perfecta cura eſt. Deinde imponatur licinium de bombace uetuſta, cum ære uiridi, & per alium cum bombace ſola: deinde conſolidetur.

2 Si deficit carnoſitas anguli, in toto incuruabilis eſt. Et ſi remanet de ea aliquid reſiduum, curetur re[illegible] generantibus carnem, deſiccantibus humiditatem. ut marcaſita, alumen, memita. Cibetur cibis conuenientibus, ut gallinarum carnibus, hædorum, arietum. Bibat iulep. & ſyrup. uiolarum.

3 Si augetur caro ultra modū naturalem, ſuperponatur medicamen acutum. ut unguentū uiridis æris. Id niſi conferat, incidat forpice abſq; mora. Et ſuperponat loco pul. citrinus: Et emplaſtret uitello oui, & oleo roſ. Et ſi caleſit oculus, collyrizetur cum ſief al. deinde cum ru. leni.

4 Si ſtrictura foraminis naturalis eſt, laudabilis eſt. Si accidens: curetur iuxta modū inducentem eam. Si ex humiditate, cum euacuatione, fricatione faciei & capitis, & exercitio. Si ex ſiccitate ex macie oculi, incurabilis eſt: tamen curetur cum humectatiuis: cum cibarijs bonis, gallinis, extremitatibus hædorum, arietum: balneo, & apertione oculi in aqua. Sed quæ fit ex opilatione, inſanabilis eſt. Et quæ fit ex complexione cali. curetur cum eo quod infrigidat, & humectat.

5 Quando ampliatur foramen oculi, tunc dicitur expanſio. Et ſi fit ex apoſtemate, curetur cum minutione, & emplaſtratione oculi cum ſale, & nenufar. Mitigato apoſtemate, emplaſtretur farina fabarum. Et ſi fit ab humore groſſo, emplaſtretur & purgetur pillulis cochijs, & ieræ: collyrizetur ſief fellium, & collyrijs aquæ. Et ſi fit ex ſiccitate, incurabilis eſt. Attamen inſtilletur lac in oculum, & humectettur complexio. Sumarie tamen, expanſio morbus difficilis inſanabilis, & incurabilis eſt. diſſoluatur tamen collyrijs ſtipticis, corroboratiuis. ut antimonio, tutia indiana, cadmia auri, argentiq;.

6 Euitentur cibaria generantia humores groſſos. ut lentes, caro uac. lac: & omnis ſpecies eius, allium, cepe. Et purgetur corpus. Et niſi conferat, curetur ferro ſi competit. Sedeat patiens inter manus medici ſuper plumaceolum planum in loco lucido cum radio ſolis, abſq; nebula: colligentur genua eius ad pectus, & ligetur ſuper oculum ſanum. ſedeat ſuper ſcamnum: aperiatur oculus læſus. teneat caput eius poſterius ſeruiens. & eleuet palpebras. Capiatur inſtrumentum, ſcilicet mahac, & approximetur parti anguli parui iuxta modum groſsitudinis raſti tranſuerſim, per rectitudinem foraminis, & imponatur caput eius acutum in loco: et comprimatur cum uiolentia donec ſentiatur cum inſtrumento, donec perueniat ad locum uacuum, & includatur oculus: & teneatur ſuper eum cum manu alia: nec moueatur donec tendat inſtrumentum ad ſubſtantiam foraminis paulatim: & uidebitur corpus inſtrnmenti ſuper inferiorem pollicem eius. Confortetur patiens bono eloquio: & mitigetur timor eius. Ante hoc [illegible]hil comedat, uel bibat. Deinde quando uidebitur ſuper angulum, tangatur cum digito parum pluries. Hic ſtet, donec aſcendat aqua: ſuſpendatur cum uuea. Et quando uidebitur, ꝙ non reuertetur ad locum eius, extrahatur inſtrumentum cum uolutione eius: hoc ter fiat, donec firma ſit cura. Dormiat in loco obſcuro. Et euitet motum, ſternutationem, tuſsim. Cibetur cibis coctis cum agreſta, mica panis, uſque ad diem ſeptimam, & diſſoluatur.

7 Collyrizetur cum melle compoſito cum aqua forti, felle iumenti. aut perdicis, piſcis ſaboth, uulpis, gruis, uulturis maſculi, & arietis montani, & cuiuslibet alterius animalis, & cum oleo balſami, ſerapino. Euitet cibaria mala, groſſa. ut lentes, acetum, lac, caſeum. Cibetur coctis cum agreſta.

8 Debet corrigi cibus. Et imponatur oculo de collyrio chariſsimo ſæpe. Et ſi in ſtomacho eſt cholera pungens, uomat cum aqua calida, & oxymelle. Et collyrizetur oculus cum corroboratiuo. ut collyrio cinereo. Et ſi læditur cerebrum: emplaſtrentur tempora cum infrigidatiuis, & ſtipticis. Odoret ſandal. cum aqua roſ. Nullo utatur collyrio oculus. Et attenuetur regimen.

# De eo quod multiplicatur in eo de morbis nerui Viſus, & doloribus Auris.

| | NOMINA | Salus, uel tior. Regio Tempus Aetas Complexio | CAVSA | SIGNVM | EVACUATIO | CVRA regalis | CVRA leuis inuentionis |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 1 | Vitiū uidendi in die, & non in nocte: & dicit̄ Sabtara. | Salubre Meridional. Veris. Senilis. Humida. | Ex groſſitudine ſpūs anialis, & turbitudine humorꝫ: uel ex aſſiduo ſolis uiſu | Videt de die, & non de nocte. | Cum minutione uenæ utriuſq; anguli, & iera pigra. | Cu epe frixo, aſſoq; ſup illud ſparſo pipere, et cinnamo. ad fometād. uaporē, et comedat̄ pᵒ. | Collyrizet̄ aq̄ ſitate cali. epi aſsi; priuſq; infrigidat̄ parū, & cū refrigerio agreſtæ. |
| 2 | Vitiū uidendi in nocte, & nō in die: diciturq; Geht. | Tior. ſup ocu. Sicca Autumnale. Seneſcens. Sicca | Ex ſiccitate ſpiritus aialis, & paucitate diſſolutiōis eius. | Videt in nocte, & non in die. | Nulla fiat. | Cū impoſitione lactis, & oleo per naſale, et multa balneatione. | Cum impoſitione olei nenufar. per naſale. |
| 3 | Dolor auris ex caliditate. | Tioroſ. inteſꝰ Calida Aeſtiuum Iuuenilis Calida. | Ex obuiatione rei calidę ſang. uel chol. rub. ex condenſatione pororꝫ. | Inflāmatio cū rubedine, caliditateq;: & frigidis appoſit. mitigat̄ dolor. | Cū minutiōe, ſi repletꝰ: ſi ex chol. ru. cum uiolis, & zucc. | Inſtillet̄ lac mulieris cū oleo roſ. & aqua raſuræ cucur. | Inſtillet̄ albumen oui de hora in horā, & deſiccet̄ bombace. |
| 4 | Dolor auris ex frigiditate. | Non timoroſ. Frigida. Hyema. autū. Senilis, ſeneſc. Frigida | Ex obuiatiōe rei frigidæ, aut ſumptiōe eius, uel ex flegmate. | Dolor ſine inflāmatione & rubedie, et calidis appoſitis mitigat̄ dolor. | Cum pillulis ieræ, cochijs: ſi flegma abundat. | Inſtillet̄ aqua maioranæ in aurem. | Inſtillet̄ in aurem de thure mixto cū ſucco radicis. |
| 5 | Apoſtema calidum in aure. | Timor fortis Calida Veris. Iuuenilis Calida | Ex ſanguine, uel chol. rub. | Fortis dolor, et pulſatio, grauedo capitis, & frōtis extēſio, rubedo faciei, cum febre. | Cum minutione cephalicæ. | Cum ſief al. mixto cum lacte fœmineo. | Mulgeatur lac mulieris in aurem |
7 Sumat de tragea confecta de ameos, ſem. apij, fęniculi, carui ana ʒ 1. ſem. naſturcij, zinziberis, thuris ana ʒ 1. mentaſtri montani, nepitæ ana ʒ 1 ſ. tritis bene. doſis aur. 1. cum ſapa bene cocta, uel ſyr. meliſſæ. Et niſi diſſoluatur, utatur metridato, & electuarijs calidis. Et ſi natura eſt lenis, utatur ſem. naſturcij torrefacto cum cimino, carui infuſo in aceto, torrefacto & ſiccato. Et ſi multiplicatur ructuatio, uomitus iuuat; & poſt eū ſumat de zinzibere condito, & dyapiperion. Et ſi minoretur, maſticet de cimino & thure.

8 Si uomat de leui, fiat uomitus poſt uomitum. Vtatur electuario laxatiuo cum aqua cal. & oleo amygd. & dyacimino. Vtatur fame, & infundatur corpus eius in aqua frigida tempore æſtiuo. Minoretur cibus. Vtatur exercitio moderato, & balneo ante cibum. Fricetur ſtomachus, & epithimeī cum aqua tepida: & emplaſtretur pānis, & ungatur uenter cum oleo amygdalarum.

## De eo quod multiplicatur in eo de morbis Inteſtinorum, partiumq́ inferiorum

| | NOMINA | Salus, uel ti.<br>Regio<br>Tempus<br>Aetas<br>Complexio | CAVSA | SIGNVM | EVAcuatio | CVRA regalis | CVRA leuis inuentionis |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 1 | Tenaſmon | Tior. ſi forte ſit & intenſum<br>Frigida<br>Autumna.<br>Seneſcens<br>Sicca | Ex humiditate pungête inteſtina, uel apăte, uel ſtercore ſicco in inteſtinis gracilibus | Motus mouẽs egeſtionẽ abſq́ effectu, ſed q̃ndam humiditatem mixtã ſanguine expellit | Cum medulla caſſięf. & oleo, ſi fuerit ex ſtercore ſicco | Cũ pſillio, oleoq́ uiol. iuribusq́ unctuoſis. | Lauenť inferiora aqua tepida, unganť oleo uiolaceo |
| 2 | Dyſenteria | tio. ſi cũ ea pu-culę epatis ex.<br>Frigida.<br>Autumnale<br>Seneſcens<br>Calida | Ex pcedẽte tenaſmone, uel diarria, uel hũore ſalſo, uel cholerico in inteſt. | Exitus hũiditatis flegmaticæ: deinde raſuræ cõtinuæ, & dolor ſub umbilico, & tenementis eius | Nulla fiat | Cũ citonio, piro. Cibeť rizo, lacte, panicoq́, biſtarda, ſumac, & berberi. | Cũ uitello oui elixo, i acet. uel pulte aniſi cũ ſepo caprino bulliti |
| 3 | Dyſenteria epatica | Timor. ſi ſanguis nigreſcit<br>Occidental.<br>Autumnale<br>Seneſcens.<br>Calida | Ex multo ſang. ſup epar, paucoq́ motu, uel debilitate epatis in mutatione cibi, uel inciſione membri | Si ex multo ſanguie, ſubito fit, & nõ deficiet appetitus ſi ex debilitate, deficit appetitus, et eſt ut lotio carnis | Nulla fiat | Cũ rob granatorũ, & ſyr. citoniorũ, cũ ſtipticis, & troc. ſpodĳ | Cum berberis, & luto ſigill. |
| 4 | Colica | Tioro. ſi fortis eſt dolor eius<br>Occidental.<br>Hyemale<br>Senilis.<br>Calida | Ex flegmate groſſo, obtẽto in tunicis colon, uel groſſa uentoſitate | Dolor fortis: ut pforatio, eructuatio acida, cõſtipatio uentris | Cũ ʒ xx. med. caſſięf. & xxv. mellis roſ. ebullitis cũ ʒ ĳ. feni. & aur. 1. turbit, & ieræ p. | Cum dyacitomio laxatiuo | Calefiant inferiora uentris, cum ſale calefacto |
| 5 | Iliaca | Timoroſ. ſi uomit ſtercus<br>Septentrion.<br>Autumnale<br>Seneſcens<br>Frigida | Ex apăte in gracili iteſtino, uel opilatiõe fęcis, uel fleg. groſſo, uel medicamine mortali, uel inanitione | Si ex apăte, uel fęce ſicca, erit extenſio: ſi ex opilatione, dolor pforatiuus | Cũ minutiõe, ſi eſt ex apăte. Et ex pillulis fœtidis, ſi eſt ex ſtercore ſicco incluſo | Cum tyriaca faroc | Cum decoct. aniſi, fenic. apĳ, & ſapa bene cocta |
| 6 | Lumbrici, & uermes cucurbitini | Salubris: niſi multiplicenť<br>Humida<br>Autumna.<br>Adoleſcens.<br>Humida. | Ex humiditate flegmatica putrefacta in ſtomacho, uel inteſtinis | Exitus ipſorũ, cũ egeſtione, punctione, torſione penes cibum | Cũ abſinthio, abrotano, hyſſopo, lupinis mixtis cum melle | Cũ nuce indiana, ſucco granati dulcis, elmori, & coriandro ſicco | Cũ radice ſinapis, & menta, & ſemine alexandrino |
| 7 | Torſio | Timoroſa, ſi fortificatur<br>Occidentale<br>Autumnale<br>Senilis<br>Frigida. | Ex chol. pungẽte inteſtinũ, uel flegmate, uel ſtercore incluſo, uel uentoſitate | Si ex uentoſitate, dolor tranſmutabitur | Cum iera pigra, cliſtere, ſi ex fęce incluſa | Cum ſem. naſturcĳ torrefacto, uel ſyrup. pomorum | Cũ granis granati, & ſem. naſturcĳ torrefacti |
| 8 | Hæmorroidæ labĳ, & ani | Salubris<br>Meridional.<br>Autumna.<br>Seneſcens<br>Calida | Ex multa generatione ſang. melancholici in epate | Additamenta addita orificio uenarũ ad modum ficus, uuæ, uel mori | Cũ uomitu, ſi ſit intenſus exitus ſanguinis | Cũ plis, luto cyprino, & troc. carabe, & ſyr. pomorũ, poſt exitũ eorũ ſan. | Spargať deſuper cinis nucis cypreſsi |

## CVRA COMMVNIS.

1 Plures uiderunt in tenaſmone emitti ſtercus ſiccum, cum raſura: & exiſtimantes id eſſe fluxum uentris, curauerunt cum conſtipatiuis: & periculoſa fuit cura ipſorũ. Et diſtinguitur inter ea: quia tenaſmon non fit ex humore pungente, ſicut fluxus. Et ſi tenaſmon fit ex humore pungente: curetur cum pſillio, & oleo uiol. Et ſi ex fluxu cholerico, cum tragea luti, ſyr. myrti, ſem. ozimi, garioſylati torrefacto. Et ſi eſt cum humiditate uiſcoſa, cum tragea naſturcij, & ʒ ii. ſem. eius, & ſem. apij, cum aqua cal. Cibetur iure cicerum, pullis columbi. Et utatur ſuppoſitorio cum filo confecto, & opio, thure, et croco. Et ſi eſt ex ſtercore ſicco incluſo, utatur cliſteri lenitiuo, & eo quod dixi, uel trociſ. uiol. cum zucc. & fiat ſuppoſitoriũ de baurac, maluauiſco, pulpa coloquin. & zucc. roſ. & cibetur cum iure ſpidebeg de granatis, uel de blitis coctis cum polypodio.

2 Detur ei in principio tragea luti, trociſ. carabe, uel trociſ. balauſt. uel trociſ. dactyl. inmat. uel corall. cum ſyrup. myrtino, uel citoniorum, cum plantag. & aqua portul. Si ſine febre: detur lac calefactum cum lapide, uel ferro calefacto, cum biſcocto arom. Si cum febre, trociſc. de ſpodio cum rob citoniorum: deinde cum aqua farris ordei, cum luto, & gumi: deinde per horam dentur ei ʒ iij. de trag. confecta de pſillio, ſem. mentaſtri, & ſe. ozimi, garioſylati torrefacti, & luto ar. amido, ſpodio, roſ. carabe, cum rob citoniorũ, & myrtino. Et utaẽ pulte confecto de biſcocto aromatico, gollera, amygd. torrefactis, et oleo amygd. & roſ. ol. Et ieiuno ſtomacho comedat de citonio pomo, caſtaneis, golleta, trioſſo & nabo. Et ponanẽ in aquam ſui potus ſpodiũ, roſæ, gumi, & lutum. Et ſi diſcoriatio eſt in inteſtinis, cliſterizetur cum aqua plantaginis & portul. in rotul. 5. poſita in eo uitello oui, elixo in acero, luto caprino, gumi ar. acatia, ſang. drac. ſucco barbæ hyrcinæ, & ceruſſa plumb. ana ʒ i. tritis omnibus cum. ij. uitellis ouorũ in mortario. Et ſi punctio emittit ſaniem, tantũ cliſterizetur cum cliſteribus fortibus in deſiccatione. Et ſi emittaẽ de inteſtino recto, fiat ſuppoſitorium fili confectum de rizo perſo, charta uſta, acatia, balauſt. ceruſſa plumb. ſang. drac. ſucco barbæ hyrcinæ, & opio ægyptiano, diſtemperatis cum ſucco myrti & plantaginis.

3 Primo confortet epar. deinde cureẽ dyſenteria cum tragea confecta de berberis, nucleis dactyl. inmatur. ana ʒ iij. roſ. ſandal. ſpodij gumi ar. amido, ana ʒ ij. ſem. acetoſæ ʒ iij. tritis omnibus. doſis ʒ ij. cum ſyrup. citoniorum, uel pomorum muzorum, uel rob ribes. Vtatur medicinis facientibus contra debilitatem epatis ex caliditate. Et epithimetur cum ſandal. roſ. ſumac, balauſt. luto ar. infuſis in aqua plantaginis, roſ. uel fiat. emplaſtrum ex prædictis, & applicetur epati: & cum caleſit remoueatur, & iterum applicetur. Vel appone emplaſtrum de garro Meſ. apertiuum frigidum, cum ſignificatione caliditatis.

4 Sedeat in decoct. camomil. coro. reg. artemeſię. cicerũ imperialiũ. Et poſt triduũ laxeẽ natura cũ cliſteri cõfecto de mẽtaſtro al. iuiub. ſebeſtẽ, paſſul. ciceribus impialibus, camo. coro. reg. aneto, blitis, nenufare, uiol. maluauiſco, furfure, ligatis oibus in pãno, bullianẽ. Coletur: in qua ponaẽ adipis gallinæ, anatis, elmori, quantatẽ cõpetentẽ: baurac ʒ i. cũ iera pigra, uel bñdicta: uel fiat ſuppoſitoriũ ex coloqn. ſcamonea, baurac, melle. &c. Et niſi conferat, ſtercus lupinũ inuentũ inter ſpinas ligetur, uel liniaẽ ſuper umbilicũ. Aut ligeẽ ſuper coxam: aut de eo bibat danik i. cum decoctio. aniſi, cimini, ſem. fęnic. & aloe. diſtemperatis cum melle. Et ſi fuerit ex uentoſitate, fiat calefactio cum aqua calida, & ſale: laxetur pillulis fœtidis, & cliſteri. Cibetur iure gallorum ſpidebeg, cicer. aneto, cimino, polypod. Et bibat poſt purgationem, & bene habebit.

5 Si ex fęce congregata, laxetur medicinis dictis. Si ex medicamine mortifero, cureẽ tyriaca, & metridato. Et ſi ex tarditate ſumptiõis nutrimẽti, cũm iuribus unctuoſis carniũ arietum, infuſo in eis pane trito: ſimiliter cum oleo amygdal. & mucilag. Euitentur groſſa, opilantia. Cibetur ſpidebeg & zirbeg. Continue utatur zuccaro, et penid. Et ſi ex caliditate, ſumat de mica panis bruni, cum iulep, oleo amygdal. galliculo zirbeg, & offis ſub gallinis pinguibus, prius infuſis in ſyrup. uiol. zuccaro & aqua calida.

6 Cureẽ cum medicinis interficientibus ipſa anĩalia: & emittentibus ea, in qbus eſt amaritudo & abſterſio, ſicut in lupinis, artem. abrotano, mentaſtro, & ſimilibus. Et ſi de his ſumanẽ cõpoſite, uel ſingula ſtei ʒ iij. cum melle & aqua tepida, emittentur animalia. Et ut plus generantur ex comeſtione cretæ al. trit. lenis carnis, uel crudæ lactucæ, lactis recentis, aquæ graminis, ſem. cucur. mentæ, & ſimil.

7 Si fuerit ex ſubſtantia recenti, fiat cũ eo quod dixi de medicinis laxatiuis. Et ſi eſt cum ſolutione uentris, fiat cum eo quod dixi de tragea naſturcij. Et ſi eſt ex uentoſitate groſſa, fiat cũ ſem. apij, aniſi, fęni. ameos, orig. perſo, tritis bene. doſis ʒ ij. cum ſapa bene cocta, uel aqua uitæ. Si cum chol. rub. fiat cum pſillio, ſem. portulacæ, ozimi, garioſyl. medulla ſem. citrul. cucu. ani. ſpodio, ſem. plantaginis ana par. ʒ ſ. tritis omnibus præter pſillium, roratis cum oleo roſ. doſis ʒ ij. cum aqua decoct. berberis, & ſyrup. de ribes.

8 Si hæmorroidæ ſunt cæcæ, illinianẽ pane porcino, & calfidion. Et mitigeẽ dolor ipſe cum ſem. lini ueteri. Emplaſtreẽ emplaſtro de camo. coro. reg. fol. fenug. coctis, & tritis cum uitello oui. Et ſi ſint cũ caliditate, miſceanẽ cum lentibus excorticatis, oleo uiol. Sin aũt: fiat emplaſtrũ cum allio trito, & cocto cũ ſem. lini, de quo emplaſtreẽ tepide. Quod niſi conferat, et uis eas incidere cũ medicamine: illinianẽ calce uiua, & calfidion: deinde cũ uino. deinde ſuperſparganẽ eis cortices coloqn. uel lupinorũ combuſti. Deinde illinianẽ unguento ceruſſæ, aut albumine ouorũ, & oleo roſ. Quod niſi conferat: incidanẽ ferro: aut ligenẽ. Et apoſtema calidũ emplaſtreẽ cum folijs maluauiſci, uiol. ſiccis, lenticulis excorticatis, coctis cũ aqua, mixtis cũ oleo roſ. uiol. uitello, & albumine oui. Et fiſſura cureẽ unguento ceruſſæ, camphora, albumine oui, & unguẽto baſiliconis: & ſedeat in aqua cucu. Et ſuperſpargatur eis pul. nucis cypreſsi, myrti, acaciæ, ſucci barbæ hyrcinæ, gallæ recentis, ſe. roſ. & ſumac. Et ſi cum hoc eſt apoſtema, fiat cũ lentib. excorticatis, cortice granati, capulis gland. & nuce cypreſsi, coctis cum aqua myrti, & tritis cum oleo roſ.

## De eo quod multiplicatur in eo de morbis Epatis.

| | NOMINA | Salus, uel n. Regio Tempus Ætas Complexio | CAVSA | SIGNVM | EVAcuatio | CVRA regalis | CVRA leuis inuentionis |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 1 | Caliditas Epatis | Timoroſa Calida Aeſtiuum Iuuenilis Calida | Ex uſu rerũ calidarũ, tam cibo ꝙ potu cum obuiatione | Defectus appetit9, multa ſitis, rubedo oculorũ, crocea urina, uomit9, fluxus cholericus | Cum minutione baſilicæ dextræ | Cum trociſc. camphorę, aqua cucu. & iulep | Cum ptiſana, & zuccaro |
| 2 | Frigiditas Epatis | Timo. in. eia Occidental. Autumna. Seneſcens Frigida. | Ex uſu rerũ frigidarũ, & obuiatione, & in cibo | Appetitus multus ſine febre, malus color faciei, egeſtio uiſcoſa ſanguinolenta, aliquãdo cum febre | Cum pillulis aloes, ſi natura eſt conſtipata | Cum ſyr. acetoſo ſeminũ, & diapipereon | Cũ comeſtiõe apĳ, mẽtę, paſſul. cum nucleis bene maſticatis |
| 3 | Humiditas Epatis | Timor. in. ſa Meridional. Hyemale Senilis. Humida. | Ex uſu rerum humi. & obuiatione, uel in cibo | Multa urina, ſubtilis, cum pauca ſiti | Cum prouocantibus urinam | Cum biſtarda, galliculis frixis cũ aceto, elmori, carui, & ciñamomo | Cũ fame, balneo aquæ ſalſæ, & ambulatione in arena |
| 4 | Siccitas Epatis | Timorol. Septentrion. Aeſtiuũ, autũ. Iuuenilis Sicca | Ex modico cibo, uel uſu rerum ſiccarũ | Corpus aridũ, urina pauca, & groſſa, & ſitis | Nulla fiat | Cũ iulep, ſyr. iuiubarũ, galliculis, cucur. ſpinacĳs | Cũ lacte recẽti, piſcibus bonis, pulte farinæ ſimilæ, zucca. & oleo amygd. |
| 5 | Apoſtema calidũ Epatis | Timoroſum Calida Veris Iuuenilis Calida | Ex chol. rub. uel ex ſanguine | Dolor ſub hypocũdrĳs tendẽs ad furculã, ſitis, tuſſis ſicca, groſſicies loci | Cũ minutione baſilicę manus dextræ | Cum ptiſana, zucc. & ſyr. acetoſo ſimplici | Cum ptiſana |
| 6 | Apoſtema frigidũ Epatis | Timoroſum Occidental. Autumnale Seneſcens Frigida. | Ex flegmate, uel chol. nigra | Grauedo lateris ſuperioris, tuſſis lenis ſine febre, & ſiti, groſſicies, & grauedo | Cum polypodio, policaria, ſpina al. paſſul. & reubar. | Cum ſyrup. acetoſo, & xyloal. & biſtarda frixis | Cũ eſu mentæ, apĳ, & rutæ |
| 7 | Apoſtema putridum in Epate | Timoroſum. Calida. Aeſtiuum Iuuenilis Calida | Ex apoſtemate præcedenti | Mitigatio febris, & rigoris, ex qbus gñata eſt ſanies, & aliqua pars exit in egeſtione | Cum attractione materiæ, ad ueſicam | Cum pulte nimcæ panis, uel olei amygd. & zuccaro | Cum ptiſana |
| 8 | Opilationes Epatis | Timoroſę Occidental. Autumnale Seneſcens Frigida | Ex apoſtemate, uel humore groſſo | Malus color faciei, grauedo, extẽſio in latere dextro ſub hypocundrĳs | Cum decoct. epithimi, ſi eſt in rotunditate epatis | Cibetur iure cicerũ, amygdalarum, & cinnamomo | Cũ aqua endiuiæ, cocta cum maratro, & apio, & ſyr. acetoſo |

# COMM. REIP.

1 Emplaſtreẽ epar cũ ſand. & aqua endiuiæ, lactucæ, portul. ſemperuiuæ, raſura cucur. ol. roſ. cera al. Vta-
tur trociſ. de ſpodio, cũ ſyr. acet. & aqua endiuiæ: & bibat de aqua ſolatri, podagræ lini, & lactucæ, cũ tragea cõ-
fecta de mirab. citrinis, lacca lota, roſis, ſpodio ana ʒ v. cinnamomo ʒ iij. ani. ʒ ij. tritis oĩbus. doſis ʒ iij. cum
zuccaro. Cibeẽ cum galliculo zirbeg, & ſugat de pomis granatis: & comedat de piſcibus ſelibeg. Et ſi eſt cum fe-
bre, utatur cibis cum agreſta. Et ſi cum tuſsi, utatur piſis cũ agreſta, ſpinacijs, & cucur. Et ſi natura eſt lenis, uta-
tur trociſ. de ſpodio conſtipatiuis, cum ſyr. myrtino, ribes, & citonio. & facto cibo cum ſumac.

2 Debent dari trociſ. regis, cum oxymelle, & zinzibere condito: & emplaſtreẽ epar cum cypero, ſquinanto,
coſto, ſpica, aloe, abſinth. camo. coro. reg. diſtemperatis cũ oleo coſtino, cum ſapa bene cocta. Cibeẽ cum biſtar-
da, cum iure cicerũ, aceto, & cinnamomo, aut frixa rorata cũ ſapa bene cocta, uel cum pane bene infuſo in ſapa
bene cocta. Et epar lupi ſiccatũ, tritum, ſi bibaẽ cum reub. iuuat ualde contra dolores epatis frigidos & cali. Et
emplaſtreẽ epar ante cibũ cum panno infuſo in aqua, in quo coquatur ſpica, ſquinantũ, maiorana.

3 Euitet patiens cibaria humectantia. ut piſces, lac, & cibum dulcem, & ſimiles. Poſt cibum minoretur nutri-
mentũ ualde, ſuſtineat famem & ſitim. Vtatur exercicio in locis arenoſis & ſiccis. Et balneetur in aquę ſalſa. Et
ſumat de trociſ. his. Recipe roſ. ʒ iij. berberis ʒ i. ſpicæ bonæ, aſari, ſucci policariæ, ſucci abſinth. ana ʒ i. ſe. apij,
aniſi, fœni. ſquinãti ana ʒ ſ. croci danik i. terantur oĩa, fiant trociſ. & bibat de eis cum aqua apij. Et emplaſtretur
epar cũ aloe, ſtercore caprino, ſale trito, & aceto, & aqua apij. Laueẽ cum decoct. abſinth. camo. abrotani.

4 Bibat de priſana cum zuccaro. deinde de ſyr. papaueris, & granatorũ bonorum, & pomorũ maturorum.
Cibetur cum extremitatibus hædorũ, galliculis, ſpinacijs, cum papauere, amido, amygd. zuccaro, & mica pa-
nis. Et ſuperponantur epati panni infuſi in aqua roſ. portul. ſemperuiuæ, raſura cucur. & oleo uiol. Et bibat de
aqua cucum. cucur. cum iulep. Et ingrediatur balneum, & ſedeat in pila in decoctione nenufar. uiol. lactucis,
capitum papaueris: & ungatur oleo uiolarum.

5 Vtatur in principio priſana, ſyrũp. acetoſo, & ſucco granatorũ: & leniatur natura cum medulla caſsię fiſt. Et
emplaſtreẽ epar cum ſucco coriandri recẽtis, aqua raſuræ cucur. ſemperuiuæ, morellæ, ſand. roſ. & campho. De-
inde miſce cum eis maluauiſcũ, camo. & ordeum. Et ſi eſt in gybbo epatis, curetur cum prouocantibus urinam.
Et utatur trociſ. berberis, ſyrup. acetoſo, aqua endiuiæ, podagræ lini, & aqua ſolatri. Et ſi eſt in rotunditate ipſi-
us: curetur cum laxatiuo. ut endiuiæ, caſſiæ fiſt. oleo amygd. & trociſ. ſpodij lenificatiuis, cum ſyr. acetoſo, aqua
caſei, medulla caſſiæ fiſt. mirab. kebul. & citri. ana ʒ x. ſem. endiuiæ, podagræ lini, ſem. cucu. citrulli ana ʒ i. do-
ſis ʒ i. cum rotul. ſ. aquæ caſei.

6 Curetur cum trociſ. abſinth. & tro. reg. & ſyr. acet. Et ſi eſt molle, emplaſtretur cum ſem. lini, ameos, cardo-
momi, & aloe, rad. ſquinanti, ſpica, maſtice, baurac, ar. uiſco pini, cera, & oleo coſtino. Euitet lac & legumina.
Et ſi eſt melancholicũ, bibat lac, & decoct. hyſſopi. Et ſi cum caliditate: utatur aqua caſei confecta cum ſyr. aceto-
ſo. Emplaſtretur epar cum fenugræco, ſem. lini, cera al. adipe gallinæ, uiol. ſic. maſti. & oleo uiol.

7 Emplaſtreẽ cum fenugræco, ſem. lini, mẽtaſtro, cepa, narciſſo, aſphalto, rad. maluauiſci. oleo lilij, pul. mo-
lend. camo. coro. reg. uiol. ſiccis, modico maſtice, ſtercore columbino, baurac, cũ oleo uiol. & cera: & attrahaẽ
materia ad partẽ ueſicæ. Et ſi non eſt cum febre, cũ decoct. hyſſopi, rad. apij, & fen. Et ſi cum feb. cum ſem. me-
lonũ, cucum. cucur. citrull. ana ʒ v. amido, gumi ara. dragag. ſucco liquiric. ana ʒ i ſ. doſis mane ʒ iij. cum ſy-
rup. uiol. Cibetur cum iure pedum arietũ ſpidebeg, & cibo de ſpinacijs, malua, blitis, cum oleo amygd. poſt e-
manationem ſaniei. Et ſi eſt ex latere renum: bibat de papauere cum ſyrup. iuiubarum. Cibetur cum pulte. Et ſi
eſt cum egeſtione, cibetur cum pulte rizi, & amido, & ſimilibus.

8 Si ſunt in gybbo epatis: curentur cum prouocantibus urinam. ut trociſ. abſinth. trociſ. berberis, cum ſy-
rup. acetoſo. Euitet res dulces, proprie confectas de amido, & farina. Et ſi eſt in rotunditate epatis, curentur cli-
ſteribus laxatiuis, & electuarijs aperientibus opilationem, & electuario romano. Et emplaſtretur epar cum em-
plaſtro confecto de camomill. coro. reg. artem. ana ʒ ſ. ſem. apij, ameos ana ʒ iij. maſtic. ſpica bona, aſaro ana
ʒ iij. tritis, & diſtemperatis cum aqua fen. penes uacuitatem ſtomachi.

## De eo quod multiplicatur in eo de morbis Hydropiſis, Fellis, & Splenis.

| | NOMINA | Regio Tempus Aetas Complexio | Salus, uel uor. | CAVSA | SIGNVM | EVACUATIO | CVRA regalis | CVRA leuis inuentionis |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 1 | Hydropiſis carnoſa | Humida, Hyemale, Senilis Humida. | Fio. ī pen. mē bra hūidit. eius | Ex humiditate flegmatica, & frigiditate epatis, & ipſius humiditate | Apoſt. molle in membris, et in flatio faciei, mannum, & pedum | Cum medicinis prouocantibus urinam | Cū ſyr. acet. ſemi. biſtarda frixa cum aceto, uel elmori, & cinnamomo | Cū fame, ſiti, ambulatione, ſinapi, elmori, & aceto |
| 2 | Hydropiſis Aſcites | Humida, Hyemale Senilis Frigid. humi. | Timoroſa | Ex forti frigiditate epatis, hūiditateq; eius, et oleribꝰ frigidis, uel aqua frig. | Sonus uentris poſt motū eiꝰ, ut uter plenus humiditate | Cū ℥ i. laureolæ, & ra. ℥ i. aniſi, in pulte mixtis | Cum ℥ i. olei laureolę, & aqua caſei | Emplaſtrē ſtercore caprino, arſenicoq; citrino, diſtēperato cū oxymelle |
| 3 | Hydropiſis Tympanites | Meridional., Autumnale Seneſcens. Calid. debilis | Timoroſa | Ex frigiditate multa epatis | Sonitus uētris cū percutitur ad modum tympani | Cum cimino, baurac, ruta, mixtis cū melle: ſupponit̄ ſæpe in die. | Cum tyriaca faroc, maſticatione maſt. & electuario marmaſat. | Cū maſticatione thuris |
| 4 | Hydropiſis ex caliditate | Meridiona., Aeſtiuum. Iuuenilis Calida | Timorol. | Ex morbis acutis debilitantibus epar, cū calefact. unde nō poteſt gñare ſang. bonū | Sitis, rubedo urinæ, & feb. cū ſignis hydropiſis præcedentis | Cum ſucco ſolatri, reub. & caſsiæſi. | Cum gallinis, & biſtarda zirbeg | Cum ramis ſalicis |
| 5 | Ictericia crocea | Calida Aeſtiuum Iuuenilis Calida | Timoroſa. | Ex opilatiōe ciſtis fellis, uel ſupercalefactiōe epatis, & non gñat ſang. | Sitis cū rubedine urinę, & fe. cum ſignis hydropiſis præcedentis | Cum minutione, ſi eſt ex caliditate | Cū iure piſciū coctorū ſelibeg | Cum ſyr. acet. aquę endiuiæ, & podag. lini |
| 6 | Ictericia nigra | Occidental., Autumnale Seneſcens Frigida | Timor, intēſa | Ex debilitate attractionis, aut opilatione ſplenis | Nigredo corporis, liuiditas albedinis oculorū: grauedo ſplenis, ſi eſt cū opilatione | Cum decoct. epithimi, & minutione ſaluatellæ | Cum galliculis zirbeg | Cum exercitio, & fricatione ſplenis |
| 7 | Mala complexio in Splene | Calida Aeſtiuum Iuuenilis Calida | Salubris | Ex uſu rerū cali. in cibo, uel potu | Paucus appetitꝰ cibi, ſitis multa, uomitus melancholicus, cū debilit. ſplenis | Cū minutione baſilicæ, & ſaluatellæ manus dextrę, & decoctiōe fructuū | Cū galliculis in aceto, menta, & apio modico | Cū aqua utriuſq; granati, & aqua berberis |
| 8 | Apoſtema calidum in Splene | Meridional. Veris Iuueni Frigida | Salubris | Ex ſang. uel chol. rub. | Caliditas tactꝰ, groſſicies eius, dolor, grauedo, extēſio ſitis, & febris | Cum minutione baſilicæ, & ſaluatellæ | Cum trociſ. berberis, & ſyr. acetoſo | Cum aqua endiuiæ, ſolatri, & ſyrup. acetoſo |

# COMM. REIP.

1 Euitet multum cibum humidum, ut piſces, lac, butyrum, oleum ſiſami, & legumina. Etiam res dulces, ut mel, zuccarum, & omnia nutrimenta groſſa. Minoret potum aquæ, proprie niualis. Et motũ poſt cibum. Vtatur exercitio ante cibum in ſole calido. Cibetur galliculis & robagig, cum iure cicerum, aneto, galanga, cum ſapa bene cocta, in qua ſcindatur apium, ruta, menta. Et bibat de trociſ. berberis, & trociſ. de renibus, & de tragea facta de ſem. apij, aniſo, maratro, ſem. fęnic. ſucco policar. abſinth. roman. ſpica bona ana ʒ i. cinnamomo, lacca ana ʒ iij. rad. lilij ʒ i ſ. tritis omnibus. doſis ʒ ij. cum ſapa bene cocta. Et illiniatur uenter cum emplaſtro confecto cum camom. coro. reg. farina or. ſtercore caprino ana ʒ x. aloe, rad. lilij, coſto ana ʒ v. maſtice, ſpica, aſaro ana ʒ ij. tritis, & diſtemperatis cum aceto, aqua fęniculi, & apij.

2 Curetur in principio ut curatur febris. Deinde cum laxatiuo confecto de lacca, xyloal. aqua baurac, infuſis in aceto, die, noctecß ana ʒ ij. aniſo, maſtice ana ʒ i ſ. reſinæ, ſucco abſinth. ſucco policariæ, rad. lilij cœleſtis ana ʒ i. tritis cum aqua fęni. & bibita cum aqua cal. Cibetur iure cicerum fractorum. Et ſi non poteſt ſuſtinere laxatiua, emplaſtretur emplaſtro de pulpa coloquin. et rad. eius, camerno, cartamo indianto, buteola, ſcamon. origano, myrrha clara, bdellio, rad. lilij cœleſtis, ſtercore uaccrum paſcentium ana ʒ i. felle thauri, cucu. aſinino, ſtaſiſagria, cardomeni, amomo, ſigia liquida, euforb. ana ʒ i ſ. baurac ruſo, ſale petrol. ana ʒ i. adipe anſeris & gallinæ, uituli ana unc. i. ceræ lib. i. mixta cera cum adipe, & colata, mixtis medicinis emplaſtretur uenter. Quod niſi conferat, extrahatur aqua cum cannula. Et poteſt fieri coctura loco cannalæ ſuper ſtomachum, os eius, epar, ſplenem, umbilicum in quincß locis cum ferro in parte cum ligno gland.

3 Euitet totum id quod generat uentoſitatem: utatur pillulis confectis de iera pig. ʒ ij. agarico, ſale indi ana ʒ i. ſem. apij, aniſo, ameos, rad. ſquinanti, ſucco policariæ, laureola cruciata, origano perſo, maratro, dauco, ſe. rutæ, aſaro, ſpica, tritis cum oleo aneti, formatis.

4 Curetur cum aqua caſei, & ſyrup. aceto. Et ſi eſt cum febre, fiat cum ʒ x. mirabol. cito. & ʒ ſ. reſinæ. Et ſi eſt ſine febre, utatur ʒ ij. lactis camelorum, cum ʒ i. olei laureolæ. quod ſic fit. Recipe laureol. rotul. ſ. & coquatur in x. rotul. aquæ uſcß ad i. coletur & mundetur, miſceatur cum rotul. quart. i. olei amygd. & bulliat donec deficiat aqua, & remaneat oleum. De qua detur ʒ i. Et emplaſtretur cum ſand. roſ. auellana inda, aloe, ſtercore uaccino, rad. granati ſylueſtris, ſief memitæ, camo. corona regia, maluauiſco, farina or. uiol. ſiccis, & modico croco, tritis cum aqua endiuiæ. Cibetur galliculis, & ſucco limorũ, uel ſpinacijs frixis cũ aceto, & elmori.

5 Si adeſt tuſſis, utatur balneatione, & comeſtione piſcium coctorum ſelibeg. Et ſi eſt ex caliditate epatis, utatur trociſ. de ſpodio lenitiuis, cum ſyrup. endiuiæ, & podag. lini. Et ſi cum febre, utatur ptiſana, manna, ſpodio, granato muzo cucu. ara. & cibo lentium citrino. Et ſi ſine febre, utatur aqua caſei, & emplaſtretur epar cum ſandalis, aqua roſ. & camphora. Et ſi eſt ex mutatione humorum ad chol. ni. utatur ſyrup. roſ. & ſyrup. acetoſo. Et ſi ex morſu alicuius animalis, bibat de mucilagine pſillij, aqua cucum. ara. cucurb. ſpodio, ptiſona, manna. Et ſi ex opilatione, utatur decoct. abſinth. & ſyrup. eius. Et ſi ex morſu animalis, cibetur piſcibus coctis ſelibeg, & fomententur oculi cum uapore eorum. Et ſi corpus eſt ſaluum, & in oculis eſt citrinitas: utatur balneo, & odoret odorem aceti fortis, & collirizetur oculus cum aqua roſ.

6 Bibat de aqua caſei, cum hac tragea. Recipe mirabol. indorum ʒ ij. epithimi, agarici ana ʒ i. ſal. petrol. aloes ana danik i. doſis ʒ ij. Aut recipe paſſularum enuclearum ʒ x. roſ. ſiccarum ʒ v. cubebe ʒ iij. infundant per noctem in aqua calida. doſis aquæ rotul. ſ. ieiuno ſtomacho per hebdomadam. Aut fumat ʒ ij. de lentibus excorticatis, tritis bene cum aqua fęni. & urina alicuius pueri imperfectæ ætatis, ut xij. annorũ, in potu ieiuno ſtomacho. Si in ſplene fuerit duricies, emplaſtretur cum eis quod dicemus in duricie ſplenis.

7 Iuuant contra eam trocil. de ſpodio lenitiui, cum oxymelle, & bibat de aqua caſei cum tragea confecta de mirabol. roſ. berberis ana ʒ v. ſpodij ʒ ij. doſis ʒ ij. Et emplaſtretur ſplen cum folijs tamariſci, tritis cum farina or. & aceto, & panno filtri infuſo in aceto, in quo infunditur furfur.

8 Poſt minutionem ſumat de tragea confecta de roſ. berberis ana ʒ iiij. rad. lilij, lacca mundata, ſpodio, reſina, rad. capparis, ſucco polyc. ana ʒ ſ. croci danik i. doſis aur. i. cum ſyrup. acet. ſemi, & aqua frigida. Emplaſtretur ſplen farina ordei, maluauiſco, rad. granati, ſylueſtris, aniſi, roſ. ſandal. ana partem ſ. tritis, & diſtemperatis cum ſucco ſolatri, ſucco fol. graminis, & aceto ſquillitico.

# De eo quod multiplicatur in eo de morbis Splenis, & Renum.

| | NOMINA | Salus, uel tior.<br>Regio<br>Tempus<br>Aetas<br>Complexio | CAVSA | SIGNVM | EVAcuatio | CVRA regalis | CVRA leuis inuentionis |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 1 | Mala complexio frigida in Splene | Tior. si intela<br>Occidental.<br>Autumnale<br>Seneſcens<br>Frigida | Ex ſumptione ciborũ frigidorum, uel multa melancholia in ea | Liuiditas coloris corporis, uiriditas eius, pauca ſitis, os acidum | Cum decoctione epithimi | Cũ granis pini, fiſticis, penidŋs, & ſyr. acetoſo | Cum comeſtione blitorum, ſinapis, & elmori |
| 2 | Apoſtema frigidum in Splene | Salubre<br>Occidental.<br>Autumnale<br>Seneſcens.<br>Frigida | Ex flegmate, uel chol. nig. | Liuiditas corpoꝝ, cum duricie multa: ſi de flegmate ẽ, molle corpus, cũ albedine | Cum decoctione epithimi | Cum ſyrup. acet. ſem. | Cum melle, & ſinapi emplaſtretur |
| 3 | Lapis, uel arena in Renibus | Timorol.<br>Occidental.<br>Autumna.<br>Seneſcens<br>Calida | Ex caliditate deſiccante humorem groſſum in renibus, & petrificãte ipm | Exitus urinæ paulatim cum ardore, & arena, cum dolore flegmatici uentris | Cum uomitu oxymell. & pillulis muſcatis | Ponat in cibo amygd. cinis ſcorpionis, & uitriolũ tritũ, in quolibet cibo car. 1. | Cũ pul. ſcorpionum uſtorũ aut cantaridorum uſtorũ, & gumi prunoꝝ |
| 4 | Apoſtema durum in Renibus | Salubre<br>Meridional.<br>Veris<br>Iuuenilis<br>Calida | Ex flegmate, uel chol. nig. | Ponderoſitas uentris abſq; magno dolore | Cum decoct. epithimi | Emplaſtretur cum Diafalon | Vngat locus medulla tibiæ uaccinę, adipe gallinæ, reſina, diſſoluta in aqua cal. |
| 5 | Mictus ſanguinis | Timor. intenl.<br>Occidental.<br>Autumnale<br>Seneſcens<br>Frigida | Ex uulnere in ueſica, uel debilitate uirtutis retentiuæ, aut cã exteriori | Cognita eſt. | Cum minutione baſilicæ. | Cum trociſ. carabe, & aqua roſ. | Cũ amido, luto ar. cũ aqua ſumac, & portulacę |
| 6 | Mictus ſaniei | Timor inteſus<br>Calida<br>Veris<br>Iuuenilis<br>Calida | Ex apoſtemate præcedente in renibus, & ueſica | Dolor uentris, ſi eſt in renibus cũ horripilatione | Cũ lacte aſinino, et uaccino, & trociſ. alkakengi. ſtom. purgantia | Cũ galliculis ſpidebeg, pulte amidi, zuccari, & oleo roſ. | Cũ cibo maluæ, ſpinaciaꝝ, piſarũ, lentiũ, & ouorũ mollium |
| 7 | Fluxus urinæ: & dicitur ricania | Tioroſ. inteſs<br>Calida<br>Veris<br>Iuuenilis<br>Calida | Ex caliditate renum, & forti attractione ueſicæ | Sitis fortis ſine febre: exitus aſſiduꝰ urinæ abſq; ardore, et urina alba | Nulla fiat. | Cũ cibo de ſūac, & berberis, uel agreſta, hędis, uel arietibꝰ, & comeſtione pomorũ citoniorꝝ, et perſicorꝝ. | Cũ ouis mollibus, rebuſq; acetoſis, & balneatione aquę frigidæ in æſtate |
| 8 | Apoſtema calidum in Renibus | Timoroſum.<br>Occidental.<br>Hyemale<br>Seneſcens<br>Calida | Ex ſanguine, uel chol. rub. | Dolor, ponderoſitas, inflatio uentris, ſitis, ſe. ſoda, uigiliæ, uomitus cholericus, difficilis mictus | Cũ minutione baſilicæ | Cum ptiſana, uel ſyr. uiol. | Cũ mucil. pſillŋ, ſem. portul. & iulep |

# CVRA COMMVNIS.

1 Ieiuno ſtomacho emplaſtret̃ ſplen cum aceto, in quo coquat̃ furfur cũ ruta per triduũ. Et ſi opportuna eſt laxatio, detur ei decoctio in qua ſunt mirabol. nig. fumus terræ, ſutr. ſpina alba, policaria, aniſum, maratrum: cocta, colata: in qua ponat̃ turbit, ieræ pigræ, agarici ana ʒ ſ. unde bibat mane in aurora. Cibetur pul. perdicũ, biſtardis, cũ aceto, elmori, carui, cinnamo, cũ pane bruno fermẽtato. Et bibat de ſapa bene cocta. Et poſt cibum comedat de granis uiridibus, & granis pini. Euitet fermẽtaria, legumina, paſtam, coctam cũ melle frixam.

2 Dentur ei trociſ. capparis, cũ ſyr. acetoſo, de aqua caſei confecta cũ ſyr. acetoſo. Emplaſtret̃ emplaſtro confecto de fenugræco, de ſem. lini, farina ordei, fabarũ, coro. reg. uſnea, ſtercore bouino, baurac, rad. capparis, & ficubus nigris, diſſolutis in aceto, & colatis. Et ſi eſt ex uentoſitate, detur ei de tragea confecta de naſtur. infuſo in aceto nocte, dieq́ꝫ, ſiccato, trito, & diſtemperato cũ farina ordei, informato in fornace bene cocto. Inde recipe ipſius naſturcij partem 1. corticis rad. capparis part. 1. ſpicæ par. ſ. doſis ʒ iij. cum ſyr. acetoſo.

3 Euitet nutrimenta groſſa: utatur nutrimentis laudabilibus, uelocis digeſtionis. ut gallinis, biſtardis, coctis ſpidebeg, cũ pane bruno, & comeſtione cucu. citrull. & melonũ, et exercitio ante cibũ. Et ſedeat in aqua decoctionis camo. coronæ regiæ, maioranæ, fol. maluauiſci, capilli ueneris. Et ungatur oleo aneti. Et poſt ſumat ſumptionẽ ſem. citrulli, cucum. cucur. ʒ iiij. ſem. fen. ʒ ſ. cum ſyr. acet. & aqua roſ. Etiam id quod frangit lapidem ſicut lap. iudaicum, & cinerem ſcorpionũ. doſis ʒ ſ. cum aqua feni. Etiam trageam hanc. Recipe nitri transmarini uſti, zinziberis ana ʒ iij. gentianæ ʒ ij. cineris ſcorpionũ ana ʒ ij. terantur. doſis ʒ ſ. cum iure cicerum nigrorum. Vngatur locus oleo ſcorpionis, & calefiat cum furfure, uel panniculo, uel aqua tepida, aut balneatione. Quod niſi mitigetur, attrahatur lapis cum uentoſa poſita ſuper locum uacuũ uicinum loco lapidis, & ſugatur paulatim, & transmutetur uentoſa uſq́ꝫ ad ueſicam, donec perueniat lapis ad ueſicam, & egrediatur per uirgam. Et ſi frangit̃ in aliquo loco, in maiori parte, ſedeat in aqua ebullita cũ fenugræco, ſem. lini, malua, maluauiſco, Et ungatur locus cum oleo uiol. cocto cum fenugræco, adipe anatis, & pullorũ, & columbi. Deinde iterum ſumat medicamen frangens lapidem. Vel iterum balneet̃, & inungatur, & medicamen reiteretur frangens lapidem, ſi impedimentum exitus fuerit.

4 Emplaſtret̃ cum fenugræco, & ſe. lini ana ʒ v. ſe. maluauiſci, maluæ, aneti, camo. ana ʒ iiij. uiſco, armeniaco, gumi uiridis ana ʒ iij. diſſoluenda diſſoluant̃, terenda terant̃, diſtemperentur cũ aqua calida. Et ſi eſt cum aliqua caliditate, euitet gumi, & utatur ſem. cucu. cucur. citrulli, ſe. maluauiſci & maluæ ana. doſis ʒ iij. cum ſyr. uiol. uel iulep. Cibetur cum iure granatorum coctorum ſpidebeg, cum oleo amygdalarum.

5 Curetur cum cura ſputi ſanguinis. Et utatur trocil. confectis de ſe. portul. cucu. citrul. ana ʒ v. amido, dragagant. ana ʒ iiij. carabe, aur. acatia, luto cyprino ana ʒ ij. tritis bene omnibus, & mixtis cum ʒ v. pſillij, & diſtemperatis cum mucil. eius. doſis aur. 1. cum ſucco plantaginis, aut ſucco uirgæ paſtoris, aut ſucco rubi, aut aqua portul. Cibetur galliculo cocto cum ſumac, aut berberis, aut cum uitell. ouorum mollibus, poſito in eis ſumac trito.

6 Vtatur ſem. cucur. cucum. citrull. & ſem. lini ana ʒ ij. amido, luto ar. ana ʒ ij. papaueris ʒ iiij. tritis omnibus bene. doſis ʒ iij. cum ſyrup. papaueris. Quod ſi mingat ſaniem: curet̃ cum trociſ. papaueris, lacte aſinino, lacte fœminino, & ſcrup. iiij. trageæ confectæ de ſemin. cucur. cucum. citrull. melonum, medulla ana ʒ iiij. amido, gumi ara. ana ʒ ij. ſem. alkakengi montani. x. numero, papaueris al. & nig. ana ʒ iij. tritis oĩbus. doſis ʒ ij. Et ſi prolongatur morbus, utatur trociſ. alkakengi cum ſyrup. papaue. & lacte aſinino. Cibetur cum piſis, oleo amygdalarum, zuccaro, & papauere.

7 Bibat de ptiſana, ſyr. papaueris, ſucco granati boni, & de trociſ. ſpodij recentis, ſucco pomorũ, ſyr. ribes, ac citoniorũ, & rob utriuſq́ꝫ, mucilag. pſillij, iulep, & trociſ. campho. Et ſi calor eſt fortis, cum ſucco granatorꝫ, et ſumac. Cibet̃ rebus unctuoſis, multi nutrimenti: ut eſt cerebrũ arietis, caſeus recens, piſcis recens, & pinguis. Comedat dactylos inmaturos, radices palmæ cucu. & citrullos. Emplaſtrentur renes ſandal. campho. pſillio, luto ar. baulauſt. tritis omnibus, præter pſillium. Epithimetur cum aqua lactucæ, & ro. Et bibat de his trociſ. Recipe ſpodij, ſem. lactucæ, portul. ana ʒ v. ſem. acetoſæ, coriandri ſicci; roſ. luti ar. ana ʒ iij. ſandal. albi, balauſt. ſumac ana ʒ ij. camphoræ ʒ ſ. terantur, & diſtemperentur cum ſucco portul. & de eis fiant trociſci. doſis aur. 1. cum ſyrup. agreſtæ, uel ſucco granati muzi.

8 Emplaſtretur cum farina or. maluauiſco, ſandal. ſief memitæ, rad. granati ſylueſtris, aqua endiuiæ, raſuræ cucur. & oleo uiol. aut cum pannis infuſis in ſucco endiuiæ, & ſemperuiuæ, oleo uiol. aqua roſ. modico aceto. Et in principio diei ſumat de medulla ſeminum cucu. melonũ, citrullorum, cucur. et portul. ana ʒ 1. cum iulep, & aqua frigida. Deinde cum ptiſana, cum ſyrup. papaueris, & uiol. Deinde cum mucilag. pſillij, & tragea prædicta. Et quando incipit digeſtio, emplaſtretur cum farina ord. maluauiſco, & coro. reg. fenugræco, & ſem. lini, cum decoct. ficuũ, & oleo uiol. Epithimetur locus decoct. maluauiſci, uiol. & fenugræc. Et quando emanat apoſtema, bibat de puluere ſem. & ſyrup. papaueris. Et ſi prolongatur exitus ſaniei, bibat de trociſ. alkakengi, cum ſyrup. uiol. & ſyrup. de papauere.

## De eo quod multiplicatur in eo de morbis Veſicæ, Siſac, Teſticulorumq́;.

| | NOMINA | Regio Tempus Aetas Complexio | Salus, uel dol. | CAVSA | SIGNVM | EVACVATIO | CVRA regalis | CVRA leuis inuentionis |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 1 | Lapis in Veſica | Occidental. Veris Adoleſcens. Cali. & humi. | Tor. n. eſt cum difficili mictu | Ex humore groſſo petrificato, ex caliditate ueſicæ | Arena egrediens cũ urina, dolor ueſicæ ex ulceratiõe | Decoctione laxatiua | Cũ nitro uſto poſito in amygdal. & zuccaro, cum paſta frixuin | Cũ ſcorpionibus uſtis |
| 2 | Apoſtema ueſicæ | Meridional. Aeſtiuum Iuuenilis Calida | Tor. n. eſt cum difficili mictu | Ex ſangui. uel cholera, uel cauſſa exteriori | Dolor ueſicæ, inflatio, difficilis mictus, fortis conſtipatio urinæ, ſitis | Cũ minutione baſilicæ | Emplaſtreĩ cũ ſand. maluis, coctis farina ordei, cũ rapis | Emplaſtreĩ aq̃ ſolatri, aq̃ or. oleo roſ. uiol. & modico ceræ |
| 3 | Vlcera ueſicæ | Calida Hyemale. Iuuenilis Calida | Tor. in tantũ intenſi nocumẽti | Ex precedẽte apoſtemate ueſicæ | Nigredo coloris, feb. difficilis mict9, ardor eius, fœtor ei9, & urina ſimilis furfuri. | Cum medicinis ſaniem purgãtibus | Cũ trociſ. papaueris, & ſyrup. de papauere | Cũ aur. .i. luti ar. ſpodio, amido, dragagã. & ſyr. iuiubarum |
| 4 | Difficilis mictus, ardor ipſius | Occidental. Hyemale. Senilis. Frigida | Salubris | Ex debilitate ueſicæ, apãte, uel lapide, humore groſſo, ſang. uel ſanie, uel hũore acut. | Cõpreſſio ueſicę, & ei9 debilitas: ſignũ apãtis, ſanies exiẽs, & ſang. ſi eſt ex eo | Cum medicinis prouocantibus urinam | Cũ papauere, amido, zuccaro, & modico dragaganto | Cum aqua cucu. citrull. & iulep |
| 5 | Exitus inuoluntarius urinæ | Meridional. Hyemale. Adoleſcens. Humida. | Salubris | Ex mollicie colli ueſicę, et debilitate eius uirtutis retẽtiuæ, uel hũiditate mollificante illud | Manifeſtũ. Et poſsibile eſt, ꝙ ſit cum apoſtemate | Nulla fiat. | Cũ nabo, granis pini, glandibus, & penidŋs | Cũ mentaſtro fluuiali, naſturcio ana ʒ ŋ. cum ouis mollibus |
| 6 | Ruptura | Meridional. Hyemale. Senilis. Humida | Salubris | Ex humiditate intenſa poſt cibum, uel humore uiſcoſo. | Si cõprimitur, abſcondiť, deinde reuertiť ut prius | Nulla fiat | Emplaſtreĩ cũ roſ. myrto, balauſt. copu. glã. far. fab. diſtemperatis aq̃ roſ. & myrti | Emplaſtretur corticib9 granati, galla, affodilli |
| 7 | Apoſtema calid. teſticulorum | Calida Veris. Iuuenilis Calida | Salubre | Ex ſang. uel chol. rub. | Collectio, & rubedo, & caliditas tactus eorum | Cum minutione baſilicæ | Emplaſtreĩ fa. fabarũ, ordei, & lentiũ, uitello oui, & oleo roſato | Emplaſtretur farina or. uitello oui, aqua ſolatri, & oleo roſ. |
| 8 | Apoſtema frigidũ teſticulorum | Occidental. Autuna. Veris Senilis, ſeneſ. Frigida | Salubre | Ex flegmate, uel chol. nig. | Mollicies eorũ, albedo coloris, paucus dolor, inflatio, duricies, et liuiditas in mil. | Nulla fiat. | Emplaſtretur fa. cicerũ, cimino, ſepo, & ſapa | Cũ ſe. lini, co ro. regia, uiol. ſiccis, & ſepo caprino |

# COMM. REIP.

1 Curet̃ quaſi eſſet in renibus, cũ minoratione, & attenuatione nutrimẽti. Euitatis nutrimentis groſſis, & ſumptis medicinis æqualibus. ut lapide iudaico fricato ſuper molarẽ, nitro uſto, gumi prunorũ, gumi ar. & ſcorpione uſto. doſis oim ʒ 1 ſ. cum ſyr. acet. Et ſi difficilis ſit mictus ex ingreſſu lapidis in foramen: extrahat̃ urina cum inſtrumẽto catharſit. Epithimet̃ pecten patientis cũ aqua tepida: & ungat̃ oleo uiol. uel ſcorpionũ. Et inſtrumentũ inungat̃, intromittatur in foramen ueretri per rectitudinẽ ſine lęſione, quouſq; tangat lapidẽ: leuetur ſurſum ad partem umbilici: & ſi ſentis, ꝙ peruenit ad locũ uacuum, extrahat̃. Deinde duplicet̃ caput eius, & cannulæ quæ eſt in concauitate inſtrumenti cum filo quod eſt in capiti eius: & urina emittet̃ cum exitu cannulæ. Et ſi in ea fuerit excoriatio: imponat̃ ei de ſief al. cum opio, ſiue ſarcocolla, cum lacte mulieris. Si talia non iuuant, ſcindatur collum ueſicæ, & extrahatur.

2 Si fit ex cauſſa exteriori, fiat minutio: ungat̃ locus oleo roſ. & aqua tepida: et comprimatur ueſica uerſus uirgam. Si eſt ex cauſſa exteriori: emplaſtret̃ cum eo quod dixi in principio. Deinde emplaſtret̃ cum fenugræco, ſem. lini, farina lolij, camo. uiol. ſiccis, temperatis cum adipe gallinæ, & decoct. ficuũ tepi. Et utatur iſta tragea. Recipe ſem. portul. citrull. cucu. cucur. melonũ, maluauiſci, & maluę ana part. 1. doſis ʒ iij. cũ ſyr. uiol. & iulep. Et ſi conſtipat̃ natura: ſumat de medulla caſſiæfi. cũ hac decoct. Recipe uiol. ſem. maluauiſci, ſebeſten, furfuris ſimilæ, coquantur in aqua, colentur: & bibat de ea cum oleo uiol. & medulla caſsiæfiſt. uel fiat cliſtere ex eis cum oleo uiol. elmori, & aqua blitarum, & inijciatur.

3 Cibet̃ piſis, & ſpinacijs coctis cũ oleo amygd. & ouis mollibus: & utat̃ medicamine iſto. Recipe granatorũ pini, ſem. cucu. amidi, ſem. apij ana aur. 1. bulliat ſem. apij in rotul. ſ. aquæ uſq; ad unc. ij. & in eis diſtemperent̃ medicinæ. doſis ʒ iij. cum ſapa. Et utendum eſt eo toto quod dictum eſt in generatione ſaniei.

4 Bibat de ſemine melonũ, cucur. cucum. citrull. excor. ana ʒ 1. pſillij, olei roſ. ana ʒ 1. iulep, ſyrup. uiol. aqua roſ. ana ʒ ij. formentur trociſ. qui dentur cum iulep. Sedeat patiens in aqua tepida: cataplaſmet̃ ueſica fol. uiol. maluauiſco, & malua, ſolatro: tritis mixtis cum farina ordei, & oleo uiol. tepefactis ad modum emplaſtri. Et ſi eſt ex frigore: ſedeat patiens in decoct. camomil. coro. reg. maioranæ: ungat̃ pecten cum oleo aneti, aut oleo ſcorp. Et bibat decoct. ſem. apij, fen. aniſi, iuniperi, ſpicæ, & zucc. Quod niſi conferat: utatur inſtrumẽto catharit: quia ualet contra retentionẽ urinæ: niſi ibi ſit aliquod apoſtema: quia augeret morbũ. Vnde fiat in forti neceſsitate cum temperie, & unctione multi olei. Vel ſugatur cum ſyringa.

5 Vtatur hoc medicamine. Recipe gland. ʒ v. thuris, maſt. ʒ ij. gumi ceraſi ſylueſtris ʒ iij. terantur. doſis ʒ iij. cum ſyr. pomorũ aromaticorum. Et iuuat mingentẽ in lecto hoc medicamen. Recipe cyperi ʒ ij. naſturcij, mentaſtri ana ʒ 1. terantur, et miſceantur cum zuccaro. Et eo utatur penes dormitũ: poſt ſorbeat de ouis mollibus. Et dicit̃, ꝙ epiglotũ galli ſi urit̃, & trito de eo bibitur danik 1. uſq; ad ʒ ij. cum aqua tepida, conferat mingenti in lecto. Euitet res frigidas urinã prouocantes. Vtatur ſpidebeg, cum aromatibus calidis, & ſinapi.

6 Si accidit ex humiditate, curet̃ cum nutrimẽto: et ſi ſit ex ruptura ſifac, ſanatio eius erit difficilis. Et poteſt emplaſtrari cũ nuce cypreſſi, cortice granati, alumine ſciſſo, balauſt. roſ. & myrto: tritis & diſtẽperatis cũ gumi prunorum, et glutine piſciũ, mixto cũ eis affodillo. Et euitet̃ repletio, motus fortis, & nutrimentum generans uentoſitatem. Vtatur electuario mentaſtri. Cibetur perdice, & galliculo frixis.

7 Euitet carnes: & bibat de dulcibus, cũ ſyr. iulep: & de aqua portul. cũ ſyr. acetoſo. Et cibetur piſcibus coctis cũ ſpidebeg, & ſucco granatorũ. Et emplaſtret̃ farina ordei, lenticulis, fabis & tufula: diſtemperatis cum aqua ſolatri, uitello oui, & oleo roſ. Et euitet motum.

8 Illiniat̃ melle, ceruſſa, & ſapa. Et emplaſtret̃ cũ thure, cimino, farina fabarum, oleo ſiſami cõpreſſi, farina maluauiſci, paſſul. ceraſtẽ abſq; nucleis: tritis, & diſſolutis in aq̃, mixtis cũ ſepo caprino, liquefacto. Et liget̃ capiſtro, et cũ cinere cauliũ, ſe. lini, tritis cũ ſepo caprino, & ſimilibus.

## De eo quod multiplicatur in eo de morbis Teſticulorum, & Veretri.

| | NOMINA | Regio Tempus Aetas Complexio | Salus, uel tior. | CAVSA | SIGNVM | EVACVATIO | CVRA regalis | CVRA leuis inuentionis |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 1 | Congregatio aquæ in teſticulis | Septentrio, Hyemale. Adoleſcens. Frigida | Salubris | Ex cõgregatione aq̃ſæ hũiditatis inter ſiiac, teſticulosq; retentę | Inflatio, & extenſio ſplendida, albꝰ color, & ſentire aquã ſub tactu | Cũ extractiõe aquæ, quæ nõ expellitur ab emplaſtris | Emplaſtreť cinere radicum caulium, & ſepo caprino uetuſto | Emplaſtreť armoniaco, & bdellio, diſſolutis in aceto |
| 2 | Ruptura, aut uarices teſticulorum | Meridional. Hyemale. Senil. adoleſ. Humida | Tior. ſi retinetur urina | Ex motu inteſo rũpiť ſiiac, & deſcẽdit inteſtinum cum humiditate | Habetur per cauſſam præcedentem | Cum decoct. epithimi ad uarices | Emplaſtreť ruptura cerifolio, hippoq̃ſtd. co pul. glandium, balau. myrto: ſi eſt ex hũiditate | Emplaſtreť aſfodil. cortice granati, maſtice, amido, cimino |
| 3 | Pruritus, & puſtulæ in teſticulis | Occidental. Autumna. Seneſcens Calida | Salubris | Ex flegmate ſalſo, uel ſangui. cholerico | Cognitum eſt | Cũ minutiõne, & decoctione fructuũ, ſi apoſtema ſit calidum | Emplaſtreť lentibus coctis cũ faſeolis, tritis in aqua roſ. | Illiniať aloe, litargyro, gumi amygd. ſeru-tę, cucur. ſiccę, ſuperfuſis ei |
| 4 | Defectus appetitus coitus | Occidental. Autumna. Seneſcens Frigida | Salubris | Ex ſpmate pauco, uel euacuatiõe, uel priuatiõe cibi, uel cõplexione frigida, & ſicca | Habetur ex cauſſis prædictis | Non fiat, niſi ſit ex humiditate flegmatica | Cum carnibus coct. ſpideheg, arietinis, cũ ciceribus fractis, & gnadib. | Cũ piſcibus aſſis, cepis, & fermentaria |
| 5 | Intenſus appetitus coitꝰ abſq; ſpermatis emiſſione | Orientalis. Veris. Iuuenilis Calida | Salubris | Ex intenſa caliditate, & humiditate | Cognitum eſt | Si competit, cum minutione | Cum lactucis, lacte acido, & comeſtione camphoræ | Cũ cucum. citrull. portul. & lentibus coctis cũ panico |
